(Lc. 23) [1]IN VESTE ALBA REMISIT EUM AD PILATUM (Lc. 23,11), id est in fide Trinitatis venit ad gentes, ad plebem Israel. [2]FACTI SUNT AMICI (Lc. 23,12), id est uterque populus ad fidem Christi **facti sunt amici**. [3]HERODES (Lc. 23,12) *figurat* populum *gentilem*; [4]PILATUS (Lc. 23,12) **figurat** Iudaeos. [5]Leviathan squamae densae sunt, una ad alteri adhaerit, **ut ne spiraculum inter eas posset incedere**. [6]BARABBAS (Lc. 23,18), **id est** filius diabuli dicitur. [7]*FLERE* SUPER VOS (Lc. 23,28), id est super gentem vestram. [8]TUNC INCIPENT DICERE (Lc. 23,30), id est plebis Israel. [9]DICITE MONTIBUS (cfr. Lc. 23,30), id est patriarchis. [10]COLLIBUS (Lc. 23,30), id est prophetis. [11]DIMITTE ILLIS DOMINE (Lc. 23,34), hic implevit quod ipse dixit "Orate pro persequentibus" (Mt. 5,44) et reliqua. [12]DIMITTE ILLIS, id est "Bibant sanguinem qui effuderunt, ut fiant vasa misericordiae quae sunt vasa irae" (cfr. Rom. 9,22-23). [13]*NON ENIM SCIUNT* QUID FACIUNT (Lc. 23,34), et "Si sciissent, Dominum maiestatis numquam crucifixissent" (I Cor. 2,8), quia per ignorantiam fecerunt. [13a]DIVIDENTES VESTIMENTA EIUS (Lc. 23,34) **ostendit IIII Evangelia**.

11. A] AD Ma

(Lc. 23) 1. gentes] gentibus Ma    2. uterque] utraque Ma    3. gentilem] gentile Ma    4. PILATUS] PILATUM Ma    5. squamae *om.* ω ~ alteri] altari Ma    9. DICITE] DICIT Ma    12. fiant] fiat Ma ~ vasa$^2$] vase Ma    13. Si] ut Ma ~ sciissent] scirent ω ~ ignorantiam] ignorantia Ma ~ fecerunt] fecit Ma    13a. Evangelia] Evangelii Ma

*

(Lc. 23) 12. Cfr. Ambrosius, *Expl. Ps.*, ps. 37, cap. 20, par. 2

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

[14]HODIE MECUM ERIS IN PARADISO (Lc. 23,43), id est qui sequitur Christum tenebras non *habet*, sed lumen vitae. [15]IOSEPH (Lc. 23,50), id est populus Israel. [16]AROMATA ET UNGUENTA (Lc. 23,56), id est fides, spes, caritas.

(Lc. 24) [1]UNA SABBATI (Lc. 24,1), id est Evangelium, quod lucescit per noctem veteris Testamenti. [2]Mulieres primum resurrectionem viderunt. [3]Aptum fuit ut per ipsas **prius** salus cucurrisset, per quas **prius** cucurrerat mors. [4]ECCE DUO VIRI STETERUNT (Lc. 24,4): in Matthaeo unus angelus, in Marco adolescens, in Iohanne duo angeli, in *Luca* duo viri dicitur, [5]id est multa itinera mulierum et diversae sunt visiones, vel in unum iter et una visio, et dissimiles sunt narrationes evangelistarum. [6]LINTEAMINA SOLA POSITA (Lc. 24,12) *ostendunt* quod non indigent corpora *vestimento* post resurrectionem. [7]SECUM MIRANS (Lc. 24,12), id est quod relinquit linteamina. [8]DUO EX ILLIS IBANT (Lc. 24,13) ostendit gentes, quia sic ostensus est illis qui foris erant, sicut his qui intus erant. [9]CASTELLUM (Lc. 24,13), id est mundus. [10]HIERUSALEM (Lc. 24,13), id est *caelestis*. [11]Stadium, id est octava pars de milliario.

14. id est *om.* Vt ~ *post* vitae *add.* OMNES NOTI ut dicitur “Elongasti a me amicum et proximum” δ 15. id est *om.* Vt 16. spes charitas *om.* M

(Lc. 24) 1. UNA … Mulieres (segm 2) *om.* M 2. primum] primis α (∉ ρ K O δ) ~ *post* viderunt *add.* quia ipsae viderunt mortem Gr : *add.* quia ipsae mortem viderunt $δ^1$ 3. $prius^{1-2}$] primum Vt ~ salus prius *transp.* O ~ salus] similes Mn ~ cucurrisset] cumcurrisset Mn : cui currebat M ~ cucurrerat] cucurrebat α (∉ concurrebat Mn : cui currebat M : currebat Pa : cucurrerat δ) ~ *post* mors *add.* Moysi Mn 4. STETERUNT] SUBSTETERUNT Mn ~ unus angelus] in Evvangelio Mn ~ adolescens] adulciscens Mn ~ duo angeli *om.* Mn ~ *ante* in Luca *add.* et Mn ~ dicitur] dicuntur R $δ^1$ : *om.* ρ K Vt O 5. itinera] inferiores Mn ~ mulierum] mulier Mn ~ diversae] diversa S Mn R Sk σ M ~ iter] iterum ω (∉ in iterum H : iter ρ K O : itinerum M Wn δ) ~ una visio] in una visione K ~ evangelistarum narrationes *transp.* O 6. ostendunt] ostendit Vt ρ δ ~ non *om.* ω (∉ R β δ) ~ vestimento corpora *transp.* Gr ~ vestimento] vestimenta α (∉ vestimentis Pa Eg : vestibus Mu : vestimento Gr) ~ post] in Vt 7. SECUM] SICUT α (∉ Mu Pa) ~ MIRANS] ADMIRANS Vt 8. ILLIS] DISCIPULIS Eg ~ IBANT] INCUMBEBANT Mn ~ ostendit *om.* Vt ~ *ante* gentes *add.* duae Vt ~ sic *om.* $δ^1$ ~ ostensus est] ostendit de Vt ~ erant] sunt Vt ~ his] illis Mn Vt 9. id est *om.* Vt ~ mundus] mundum S R σ M 10. id est *om.* Vt ~ caelestis] celestae Sk : celestia M Vt : caeleste K : Ecclesia δ 11. STADIUM] FASTIDIUM Pa ~ STADIUM … milliario *om.* Vt ~ octava] quarta H ~ de *om.* K

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

[14]HODIE MECUM ERIS IN PARADISO (Lc. 23,43), id est qui sequitur Christum tenebras non *habebit*, sed **habet** lumen vitae. [14a]**OMNES NOTI EIUS** (Lc. 23,49) **ut dicitur "Elongasti a me amicum et proximum"** (Ps. 87,19). [15]IOSEPH (Lc. 23,50), id est populus Israel. [16]AROMATA ET UNGUENTA (Lc. 23,56), id est fides, spes, caritas.

(Lc. 24) [1]UNA SABBATI (Lc. 24,1), id est Evangelium quod lucescit post noctem veteris Testamenti. [2]Mulieres primum resurrectionem viderunt, **quia ipsae viderunt mortem**. [3]Aptum fuit ut ipsas salus cucurrisset, per quas cucurrerat mors. [4]ECCE DUO VIRI STETERUNT (Lc. 24,4): in Matthaeo unus angelus, in Marco adolescens, in Iohanne duo angeli, in *Lucano* duo viri dicitur, [5]id est multa itinera mulierum et diversae sunt visiones, vel in unum iter et una visio, et dissimiles sunt narrationes evangelistarum. [6]LINTEAMINA SOLA POSITA (Lc. 24,12) *ostendit* quod non indigent corpora *vestimentis* post resurrectionem. [7]SECUM MIRANS (Lc. 24,12), id est quod relinquit linteamina. [8]DUO EX ILLIS IBANT (Lc. 24,13) ostendit gentes, quia sicut ostensus est illis qui foris erant, sicut his qui intus erant. [9]CASTELLUM (Lc. 24,13), id est mundus. [10]HIERUSALEM (Lc. 24,13), id est *Ecclesia*. [11]Stadium, id est octava pars de miliario **est**.

(Lc. 24) 1. lucescit] lucisset Ma 3. quas] aquas Ma 4. Iohanne] Iohannes Ma 5. itinera] itinere Ma ~ visiones] visionis Ma ~ iter] iterum ω ~ dissimiles] disimile Ma ~ narrationes] narrantionem Ma 6. non *om.* ω ~ resurrectionem] resurrectione Ma 7. SECUM] SICUT Ma 8. erant *bis scr.* Ma ~ his] hii Ma

*

(Lc. 24) 9. Cfr. Aug. *Sermones novissimi*, sermo 2D, par. 11, p. 336, ll.249/252 11. Cfr. Isid., *Etym.*, XV, cap. 16, par. 3

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

[12]STADIA LX (cfr. Lc. 24,13) ostendit numerum dierum in quibus factus est mundus. [13]*Nomen castelli EMMAUS* (Lc. 24,13). [14]*ET IPSE FINXIT SE LONGIUS IRE* (Lc. 24,28)*, id est ad gentes*. [15]ET COGNOVERUNT EUM IN FRACTIONE PANIS (Lc. 24,35), et non cognoverunt eum in praedicationem Scripturarum id est plus possumus in opere intelligere quam in praedicatione audire. [16]EVANUIT AB OCULIS EORUM (Lc. 24,31) ostendit quod non possumus tardare in theorica. [17]Et longius fuit ab illis, quando non *cognoverunt*, id est quia longius possumus manere in actuali vita, cum aperiret nobis Scripturas. [18]PAX *VOBIS* (Lc. 24,36): nunc eos congregat in unam pacem. [19]Quare non uno loco *surrexit* et ascendit? Quia honor descendit de Hierusalem ad gentes.

## <IN EVANGELIUM SECUNDUM IOHANNEM>

(Ioh. 1) [1]IN PRINCIPIO ERAT VERBUM (Ioh. 1,1), *id est* quia omnia in ipso incohantur *et* finiuntur. [2]Verbum Patris, filius apud Deum, quia filius apud Patrem semper est. [PL 578] [3]DEUS ERAT VERBUM (Ioh. 1,1), id est Deus erat filius. [4]HOC ERAT IN PRINCIPIO APUD DEUM (Ioh. 1,2). [5]OMNIA PER IPSUM FACTA SUNT, **ET** SINE IPSO FACTUM EST NIHIL (Ioh. 1,3), hoc est idola. [6]Quod est IN EO VITA ERAT? (Ioh. 1,4) Hoc est quia illi

12. STADIA] STADIO Sk ~ LX] XL β ~ ostendit *om.* Vt  13. Nomen … se (segm. 14) *om.* Vt  14. IRE] IRAE En  15. ET COGNOVERUNT … audire *om.* Vt ~ *a* IN FRACTIONE … *des.* H ~ Scripturarum … praedicatione *om.* α (∉ δ)  16. EORUM *om.* Vt ~ possumus] possimus R Sk ~ theorica] theoria $\delta^1$  17. fuit] fugit O ~ *post* quando *add.* eum Vt ~ cognoverunt] agnoverunt Me Sk En K O ~ id est *om.* Vt Pa ~ quia *om.* M ~ possumus] possimus Mn Sk ~ actuali] actuale S M Pa : activa Mn ~ cum … Scripturas *om.* Vt ~ Scripturas] Scriptura S Mn Sk M  18. VOBIS] VOBISCUM Me Wn ρ Vt K O Gr Eg ~ *post* VOBIS *add.* SUM Mn ~ nunc *om.* Vt ~ congregat eos *transp.* Vt ~ *post* pacem *add.* id est in regnum celorum δ  19. Quare *om.* Vt ~ *ante* uno *add.* in M En K O δ ~ surrexit] resurrexit δ ~ de *om.* α (∉ a β : ab δ) ~ *post* gentes *add.* Dominus hic implevit, quod ipse dixit "Orate pro persequentibus", dimisit R : *add.* Elevatus est sol in ortu suo et luna stetit in ordine suo; sol id est Dominus et que luna nomine nisi Ecclesia designatur? O δ

(Ioh. 1) 1. in ipso omnia *transp.* β δ ~ et finiuntur] praefinitum Mn  2. est semper *transp.* M En K Gr  4. HOC ERAT … vivunt (segm. 6)] In ipso vita erat, illi omnia vivunt antequam fiant Vt  5. hoc est] haec R  6. Hoc est … vivunt] nisi quia in eo omnia vivunt antequam fiant Mu

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

[12]STADIA LX (cfr. Lc. 24,13) ostendit numerum dierum in quibus factus est mundus. [13]*Nomine EMMAUS* (Lc. 24,13), *id est nomen castelli.* [14]*ET IPSE FINXIT SE* (Lc. 24,28): **fingere conponere dicimus. O STULTI** (Lc. 24,25), **id est gentes**. *LONGIUS IRE* (Lc. 24,28), *id est ad gentes.* [15]ET COGNOVERUNT EUM IN FRACTIONE PANIS (Lc. 24,35), et non cognoverunt eum in praedicatione Scripturarum, id est plus possumus in opere intelligere quam in praedicatione audire. [16]**IPSE** EVANUIT AB OCULIS EORUM (Lc. 24,31) ostendit quod non possumus tardare in theorica. [17]Et longius fuit ab illis, quando non *agnoverunt* **illum**, id est quia longius possumus manere in actuali vita, cum aperiret nobis Scripturas. [18]PAX *VOBISCUM* (Lc. 24,36): nunc eos congregat in unam pacem. [19]Quare non **in** uno loco *resurrexit* et ascendit? Quia honor descendit de Hierusalem ad gentes.

## <IN EVANGELIUM SECUNDUM IOHANNEM>

(Ioh. 1) [1]IN PRINCIPIO ERAT VERBUM (Ioh. 1,1). *IN PRINCIPIO* quia omnia in ipso incohantur *sive* finiuntur. [2]Verbum Patris, filius apud Deum, quia filius aput Patrem semper est. [PL 578] [3]DEUS ERAT VERBUM (Ioh. 1,1), id est Deus erat filius. [4]HOC ERAT IN PRINCIPIO APUD DEUM (Ioh. 1,2), **item filius est incohationem creaturae apud Patrem**. [5]OMNIA PER IPSUM FACTA SUNT (Ioh. 1,3), **sive quae in caelis sive in terris sunt**. SINE IPSO FACTUM EST NIHIL (Ioh. 1,3), hoc est idola. [6]Quod est IN EO VITA ERAT? (Ioh. 1,4) Hoc est quia illi

15. *ante* ET COGNOVERUNT *add.* ET AGNOVERUNT EUM IN IUSSIONEM PANIS Ma ~ non *om.* Ma ~ possumus] possimus Ma ~ in[4] *bis scr.* Ma ~ praedicatione] praedicationem Ma  16. possumus] possimus Ma  17. possumus] possimus Ma ~ actuali] actuale Ma ~ nobis] nubes Ma ~ Scripturas] Scriptura Ma

(Ioh. 1) 1. *ante* IN PRINCIPIO[1] *transp. ex (Ioh. 21) segmm. 23-38* Iohannes hunc librum scripsit, vir integer… haec supra dicta. Item secundum Iohannes Ma ~ incohantur] inicantur Ma ~ finiuntur] finiantur Ma  2. Patris] Patri Ma  5. quae] quia Ma ~ IPSO] IPSUM Ma ~ idola] hidolas Ma  6. EO] EA Ma

*

(Ioh. 1) 5. Cfr. Arnobius Iunior, *Expositiunculae*, *In Ioh.*, cap. 1, l.10  6. Cfr. *Anonymi Glosa Psalmorum*, vol. 1, p. 210, l.2

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

omnia antequam fiant, vivunt. [7]VITA ERAT LUX HOMINUM (Ioh. 1,4), lux et vita Christus **est**. [8]IN TENEBRIS LUCET (Ioh. 1,5), *id est* in populo Iudaeorum per Legem et prophetas Iudaei eum non cognoverunt. [9]ERAT LUX VERA, QUAE INLUMINAT OMNEM HOMINEM, *ET RELIQUA* (Ioh. 1,9). [10]LUX VERA Christus est, inluminat nascendo, nutriendo, vivendo, et per gratiam baptismi Spiritus sancti inluminat scientiam. [11]*IN MUNDUM VENIT*, MUNDUS EUM NON COGNOVIT (Ioh. 1,10), item populus Iudaeorum pars aliena, pars aliqua cognovit **eum**. [12]IN SUA VENIT (Ioh. 1,11), id est in sua gente secundum carnem, SUI EUM NON RECEPERUNT (Ioh. 1,11). [13]QUIQUE EUM RECEPERUNT, DEDIT EIS POTESTATEM FILIOS DEI FIERI (Ioh. 1,12), [14]per fidem ex Deo nati sunt, per renovationem baptismi, et gratiam Spiritus sancti. [15]VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS (Ioh. 1,14), id est per adsumptionem carnis. [16]VIDIMUS GLORIAM EIUS (Ioh. 1,14), id est per transfigurationem et resurrectionem illius. [17]POST ME VENIT (Ioh. 1,15) ostendit secundum *carnem nativitatem*. [18]ANTE ME FACTUS EST (Ioh. 1,15), *id est* quia per ipsum facta sunt omnia. [19]ET QUIA PRIOR ME ERAT (Ioh. 1,15). ET DE PLENITUDINE EIUS NOS OMNES ACCEPIMUS (Ioh. 1,16), *nascendo, vivendo, nutriendo*.

~ vivunt] vivant α (∉ ρ δ : vivut (*ut vid.*) O) 7. vita et lux *transp.* Vt 8. *ante* IN TENEBRIS *add.* LUX δ ~ LUCET, id est *om.* Vt ~ in populo Iudaeorum] in Iudeis Vt ~ Iudaei eum non cognoverunt *om.* Vt O δ ~ *post* cognoverunt *add.* nisi per Legem et prophetas β (∉ *om.* Vt O δ) 9. ERAT *om.* Vt ~ LUX VERA … vivendo (segm. 10)] LUX VERA Christus qui inluminat nascendo, nutriendo, veniendo Vt ~ *post* HOMINEM *add.* VENIENTEM Eg 10. Christus est *om.* R : Christus quae τ ~ *post* est *add.* qui Me M K O : *add.* quae Sk σ En C : *add.* quia δ ~ baptismi Spiritus sancti] sanctus Spiritus baptismi Eg ~ sancti] Domini τ 11. item … eum] pars Iudaeorum aliena, pars aliqua cognovit eum Vt ~ populus] populi Mu ~ pars aliena … eum] alia pars cognovit eum, alia non Mu : pars alia non pars aliqua cognovit eum Gr ~ aliena] alia Eg ~ *ante* cognovit *add.* non τ Eg 12. id est *om.* R ~ SUI EUM … FIERI (segm. 13) *om.* Vt 13. QUIQUE] QUOTQUOT AUTEM β δ : QUODQUOD AUTEM τ ~ RECEPERUNT EUM *transp.* β τ δ ~ EIS *om.* R 14. per fidem *om.* Vt ~ Deo] eo R ~ *post* nati sunt *add.* et β τ δ ~ renovationem] revationem M ~ renovationem baptismi] baptismum Mu ~ baptismi et gratiam *om.* M ~ et gratiam *om.* $β^{1}$ (∉ O) 15. VERBUM … carnis *om.* Vt ~ HABITAVIT] HABITABIS S 16. illius *om.* Vt : ipsius Pa 17. POST ME … me erat, et (segm. 19) *om.* Vt ~ *post* VENIT *add.* vir $δ^{1}$ ~ secundum carnem nativitatem] natum secundum carnem Mu 18. id est] ostendit δ ~ quia *om.* R : quod Mu 19. PRIOR] ANTE Pa : PROPRIOR C ~ NOS *om.* $δ^{1}$ ~ OMNES *om.* M ~ nascendo] nascedu (*sic*) M ~ vivendo *om.* Pa ~ nutriendo, vivendo *transp.* $α^{1}$

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

omnia antequam fiant vivunt. [7]VITA ERAT LUX HOMINUM (Ioh. 1,4), lux et vita Christus. [8]**LUX** IN TENEBRIS LUCET (Ioh. 1,5), *hoc est* in populo Iudaeorum per Legem et prophetas Iudaei eum non cognoverunt. [9]ERAT LUX VERA, QUAE INLUMINAT OMNEM HOMINEM *VENIENTEM IN HUNC MUNDUM* (Ioh. 1,9). [10]LUX VERA Christus est, inluminat nascendo, nutriendo **sive** vivendo, et per gratiam baptismi Spiritus sancti inluminat scientiam. [11]*In mundo erat corporaliter*, MUNDUS EUM NON COGNOVIT (Ioh. 1,10), item populus Iudaeorum pars aliena, et pars aliqua cognovit. [12]IN SUA VENIT (Ioh. 1,11), id est in sua gente secundum carnem, SUI EUM NON RECEPERUNT (Ioh. 1,11). [13]QUIQUE EUM RECEPERUNT, DEDIT EIS POTESTATEM FILIOS DEI FIERI (Ioh. 1,12), [14]per fidem ex Deo nati sunt, **id est** per renovationem baptismi et gratiam Spiritu sancti. [15]VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS (Ioh. 1,14), id est per adsumptionem carnis. [16]VIDIMUS GLORIAM EIUS (Ioh. 1,14), id est per transfigurationem et resurrectionem illius. [17]POST ME VENIT (Ioh. 1,15) ostendit secundum *nativitatem carnem.* [18]ANTE ME FACTUS EST (Ioh. 1,15), *hoc est* quia per ipsum facta sunt omnia. [19]ET QUIA PRIOR ME ERAT (Ioh. 1,15). ET DE PLENITUDINE EIUS NOS OMNES ACCEPIMUS (Ioh. 1,16), *nascendum sive nutriendum.*

~ vivunt] vivent Ma 9. QUAE] QUIA Ma ~ VENIENTEM] VIVENTEM Ma 10. VERA] ERAT Ma ~ vivendo] vivendum Ma ~ per *om.* Ma 12. id est] item Ma 13. QUIQUE EUM RECEPERUNT *om.* Ma ~ FILIOS] FILIUS Ma 14. id est] item Ma ~ gratiam] gratia Ma 15. HABITAVIT] HABITABIT Ma ~ id est] item Ma 16. GLORIAM] GLORIA Ma ~ id est] item Ma 17. carnem] carnis Ma 19. PLENITUDINE] PLENITUDINEM Ma ~ ACCEPIMUS] ACCIPIMUS Ma

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

[20]GRATIAM PRO GRATIA (Ioh. 1,16), veteris Testamenti gratia novi Testamenti; [21]item **per** fidem et caritatem, per litteram Legis, vel prophetiam; [22]tertium modum: per gratiam baptismi gratiam aeternam, item per praesentem vitam aeternam. [23]FILIUS QUI EST IN SINU PATRIS (Ioh. 1,18), id est in corde vel in secreto. [24]CONFESSUS EST (Ioh. 1,20) Iohannes *non esse se* Christum, non negavit se praecursorem esse Christi; [25]aliter ostendit novum Testamentum. [26]ET EGO NON SCIEBAM EUM (Ioh. 1,31) ostendit Iohannes non scire per baptismum Christi redemptus esse mundum, [27]nam sciebat eum filium *Dei esse*, et natum in carne. [28]RABBI, UBI HABITAS? (Ioh. 1,38), id est in quali doctrina commoraris, sive doces? [29]VENITE (Ioh. 1,39), discite doctrinam meam, quia omnes vult *venire ad se*. [30]APUD EUM MANSERUNT DIE ILLO (Ioh. 1,39), ostendit novum Testamentum sive vitam praesentem. [31]HORA DECIMA (Ioh. 1,39) significat vesperem mundi. [32]IN CRASTINUM VOLUIT EXIRE IN GALILAEAM (Ioh. 1,43), *id est* post resurrectionem suam ad gentes. [33]SUB FICO (Ioh. 1,48),

20. *ante* GRATIAM *add.* ET PER β (∉ ET Pa) τ ~ PRO GRATIA *om.* Vt K ~ *ante* veteris *add.* gratiam δ ~ veteris] vetus S : veteri Vt ~ *ante* gratia² *add.* pro δ ~ Testamenti² *om.* Mu  21. item] ite M : *om.* Vt ~ vel] et Gr Eg  22. tertium modum] tres modis Sa Mn : tres modi S : tercio modo Me : tribus modis β τ δ ~ *ante* per gratiam *add.* I β δ : *add.* id est τ ~ *ante* gratiam² *add.* II per β τ δ ~ *ante* item *add.* III β (∉ nam III M) δ ~ item] iterum Me : ite M ~ item … aeternam *om.* Mn : per praesentem vitam Vt ~ per praesentem] persequntem Sk  23. QUI EST] QUEM Wn Pa  24. confessus] confusus R ~ Iohannes non *om.* Vt ~ se¹ *om.* S M En C ~ se esse *transp.* δ¹ ~ esse praecursorem *transp.* S En Vt δ¹ ~ Christi] Christum H : *om.* C  25. Testamentum] Testamenti O  26. NON SCIEBAM] NESCIEBAM R β τ Gr ~ Ioannes] Iohannem S Me Sk H M O δ : Iohannis Mn ~ non scire] nescire τ Mu ~ per baptismum non scire *transp.* En ~ Christi] Christum Pa ~ redemptus] redemptum α (∉ M : redemturum K) ~ redemptum esse mundum] est mundum redemptum δ¹ ~ redemptum … natum in carne (segm. 27) *om.* Pa  27. esse filium Dei *transp.* δ¹  28. id est *om.* Vt ~ quali] quale ω (∉ τ ρ O δ) ~ commoraris] commoraveris S Sa Vt : cum oraveris Mn Sk σ τ : commuraveris C ~ sive doces] veni et vide id est docere Vt ~ doces] docere ω (∉ doces Me δ : doceris K O)  29. meam doctrinam *transp.* Gr ~ *post* meam *add.* id est β τ δ  30. APUD EUM MANSERUNT] ET MANSERUNT APUD EUM Mu ~ APUD EUM … praesentem] die illo in novo Testamento vel in praesenti vita Vt ~ ostendit] ostendunt S Sa Mn R ~ sive *om.* Mu ~ praesentem vitam *transp.* δ¹ ~ *post* vitam *add.* esse Mu  31. significat] ostendit τ : *om.* Vt ~ vesperem] vespere ω (∉ vesperam δ) 32. CRASTINUM] CRASTINO τ : CRASTINAM Sk : CRASTINAE H ~ VOLUIT *om.* Vt ~ post *om.* S Me ~ suam *om.* Vt ~ ad gentes] in augentes Vt  33. SUB FICO] Sufficu K ~ FICO] FICU ρ C δ¹

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

[20]GRATIAM PRO GRATIA (Ioh. 1,16), **item pro gratia** veteris Testamenti gratia novi Testamenti; [21]item fidem et caritatem, per litteram Legis vel prophetiam; [22]tertium modum: per gratiam baptismi gratiam aeternam, item pro praesenti vitam aeternam. [23]FILIUS QUI EST IN SINU PATRIS (Ioh. 1,18), id est in corde **Patris** sive in secreto. [24]CONFESSUS EST (Ioh. 1,20) Iohannes *se non esse* Christum, **item** non negavit se praecursorem esse Christi; [25]aliter ostendit novum Testamentum. [26]ET EGO NON SCIEBAM EUM (Ioh. 1,31) ostendit Iohannes non scire per baptismum Christi redemptus esse mundum, [27]nam sciebat eum filium *esse Dei*, natum in carne. [28]RABBI UBI HABITAS? (Ioh. 1,38) id est in quali doctrinam commoraris, sive doces? [29]VENITE (Ioh. 1,39), **quo docet ostendit** discite doctrina mea, quia omnes vult *ad se venire*. [30]APUD EUM MANSERUNT DIE ILLO (Ioh. 1,39), ostendit novum Testamentum sive vitam praesentem. [31]HORA DECIMA (Ioh. 1,39) significat vesperem mundi. [32]IN CRASTINUM VOLUIT EXIRE IN GALILAEAM (Ioh. 1,43) *ostendit* post resurrectionem suam ad gentes. [33]SUB FICO (Ioh. 1,48),

20. GRATIAM PRO GRATIA] GRATIA PRO GRATIAM Ma   21. item] iterum Ma ~ litteram] littera Ma ~ prophetiam] profezia Ma   22. modum] modo Ma ~ item] iterum Ma ~ praesenti] praesentem Ma   23. id est] item Ma   25. aliter] altera die Ma   27. filium] filius Ma ~ natum] natus esse Ma   28. id est] item Ma ~ quali] quale ω ~ commoraris] commoraberis Ma ~ doces] docere ω   29. omnes] omnis Ma ~ ad] a Ma   30. vitam praesentem] vita praesente Ma   31. vesperem] vespere ω

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

id est sub Legis littera vel synagoga. [34]*CAELOS APERTOS* (Ioh. 1,51), id est generi humano. [35]ANGELOS ASCENDENTES, ET DESCENDENTES (Ioh. 1,51), **id est** in ministerium Christi.

(Ioh. 2) [1]DIE TERTIA NUPTIAE FACTAE SUNT (Ioh. 2,1), id est tertia *lex*. [2]Per nuptias copulatio Ecclesiae cum Christo *intelligitur*. [3]MATER IESU (Ioh. 2,3) in nuptias ostendit synagogam. [4]IESUS ET DISCIPULI EIUS (Ioh. 2,2), *significant* Ecclesiam. [5]DEFICIENTE VINO (Ioh. 2,3), *id est defectio* litterae Legis. [6]NONDUM VENIT HORA MEA (Ioh. 2,4), *id est* nondum venit tempus passionis Christi. [7]SEX HYDRIAE (Ioh. 2,6) *sex aetates mundi ostendit.* [8]ARCHITRICLINUS (Ioh. 2,8) *Iohannem* ostendit, quod ante bibit *Iohannes* passionem, quam Christus. [9]AQUAM VINUM FACTAM (Ioh. 2,9) ostendit revelationem veteris Testamenti in novum. [10]Aliter per AQUAM baptismum Iohannis, per VINUM passio Christi; [11]**item per VINUM sanguis Christi**, ut ipse ait "Sanguis meus vere potus est" (Ioh. 6,56). [12]Bonum vinum servare ostendit mysterium in historia veteris Testamenti. [13]Per BOVES VENDENTES (Ioh. 2,14) doctores *ostendit*, qui dona sacra vendunt. [14]Per OVES (Ioh. 2,14) homines simplices *ostendit*.

~ littera Legis *transp.* Mh ~ littera] littere R M Sk σ En K C O  34. CAELOS APERTOS] Ecclesie apertus M ~ APERTOS] APERTIS Vt ~ generi] gene M ~ humano generi *transp.* $\delta^1$  35. DESCENDENTES] DESCENDES O ~ in ministerium] in ministerio M : mysterium Vt En K C O

(Ioh. 2) 1. DIE TERTIA … intelligitur (segm. 2)] XIII die tertia tertia lex, nuptias copulatio Christi et Aecclesiae Vt ~ TERTIA] TERTIO ω ~ tertia lex] in tercia lege Me  2. Per *om.* R  3. ostendit *om.* Vt  4. IESUS … Ecclesiae] Christus cum discipulis Ecclesiam figurant Vt ~ *post* EIUS *add.* AD NUPTIAS β τ δ ~ significant] figurant $\alpha^1$ ~ Ecclesiam] Ecclesiae R  5. DEFICIENTE] DEFIENTE Vt ~ litterae *om.* Mu  6. MEA *om.* Vt ~ nondum²] non Deo M ~ nondum venit tempus *om.* Mu ~ nondum² … Christi] passionis Vt  7. sex²] V S ~ aetates] aetatis Mn ~ ostendit sex aetates mundi *transp.* K ~ sex mundi aetates *transp.* δ ~ mundi ostendit] mundi sunt τ  9. AQUAM] AQUA α ~ AQUAM … novum] AQUA in vinum vetus in novum Vt ~ FACTAM] FACTUM ω (∉ facta $\delta^1$) ~ revelationem] revationem et R ~ veteris] vetus α (∉ τ Pa δ)  10. Aliter] vel Vt ~ baptismum] baptisma $\delta^1$ ~ passio] passionem σ  11. item … Christi] et sanguis eius Mu ~ sanguis¹] sanguinis R ~ ut ipse ait Sanguis meus] qui Vt ~ meus] eius α (∉ δ) ~ vere] verus α (∉ $\delta^1$) ~ vere est potus *transp.* $\delta^1$ ~ est potus *transp.* Vt  12. servare] servitum Vt ~ veteris] vetus S ~ veteris Testamenti] legis Vt ~ *post* Testamenti *add.* usque ad adventum Christi latuisse O  13. ostendit doctores *transp.* K O  14. simplices] simpliciter R

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

id est sub Legis littera vel synagoga. [34]*APERTOS CAELOS* (Ioh. 1,51), id est generi humano. [35]ANGELOS ASCENDENTES ET DESCENDENTES (Ioh. 1,51): in ministerium Christi.

(Ioh. 2) [1]DIE TERTIA NUPTIAE FACTAE SUNT (Ioh. 2,1): **tertia die** id est tertia *lege*. [2]Per nuptias *intellegitur* copulatio Ecclesiae cum Christo. [3]MATER IESU (Ioh. 2,3) in nuptias ostendit synagogam. [4]IESUS ET DISCIPULI EIUS (Ioh. 2,2) *figuram tenent* Ecclesiae. [5]DEFICIENTE VINO (Ioh. 2,3) *ostendit defectum* litterae Legis. [6]NONDUM VENIT HORA MEA (Ioh. 2,4) *ostendit* nondum venit tempus passionis Christi. [7]SEX HYDRIAE (Ioh. 2,6) *ostendit sex aetates mundi*. [8]ARCHITRICLINUS (Ioh. 2,8) **quasi figuram** *Iohannis* ostendit, quod ante bibit passionem *Iohannes* quam Christus. [9]AQUAM VINUM FACTAM (Ioh. 2,9) ostendit revelationem veteris Testamenti in novum **Testamentum.** [10]Aliter per AQUAM baptismum Iohannis **intellegitur**, per VINUM passio Christi **intellegitur**, [11]ut ipse ait "Sanguis meus vere potus est" (Ioh. 6,56). [12]Bonum vinum servare ostendit mysterium in historia veteris Testamenti. [13]Per BOVES VENDENTES (Ioh. 2,14) doctores *intellegitur*, qui dona sacra vendunt. [14]Per OVES (Ioh. 2,14) homines simplices *intellegitur*, **Spiritus sancti intellegitur**.

33. littera] littere Ma 34. generi humano] generis humanum Ma 35. ministerium] ministerio Ma

(Ioh. 2) 1. TERTIA] TERTIO ω ~ id est] item Ma 2. intellegitur] intellegit Ma ~ copulatio Ecclesiae] copolationem Ecclesia Ma 3. *post* ostendit *add.* figurat Ma ~ synagogam] synagogae Ma 4. Ecclesiae] Ecclesia Ma 5. defectum] defectu Ma 7. aetates] aetatis Ma 8. figuram] figura Ma ~ Iohannes] Iohannis Ma 9. FACTAM] FACTUM ω 10. baptismum] baptismi Ma ~ intellegitur] intellegit Ma ~ passio] passionem Ma 12. veteris] vetus Ma 14. intellegitur[1]] intellegit Ma

*

(Ioh. 2) 3. Cfr. Aug., *Enarr. In Ps.,* ps. 44, par. 12, l.29 7. Cfr. Cesarius, *Sermones*, ser. 168, cap. 1, l.8/ser. 169, cap. 1, l.18/ser. 169, cap. 7, l.12

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

[PL 579] [15]FLAGELLUM DE FUNICULIS (Ioh. 2,15), id est vindicta pro variis peccatis, unde eiciuntur de Ecclesia. [16]IESUS NON CREDEBAT *SE IPSUM* ILLIS (Ioh. 2,24), id est pro parte carnis.

(Ioh. 3) [1]Nicodemus nocte venit ad Iesum; [2]per noctem ostendit litteram Legis, sive ignorantiam cordis, ut inlustraretur a lumine scientiae Dei. [3]SCIMUS QUIA A DEO VENISTI (Ioh. 3,2), ostendit eos qui receperunt Christum per fidem. [4]Caro nascitur ex carne et sanguine, ut vivat *corporaliter* in mundo. [5]Iterum renascitur anima ineffabiliter ex Spiritu sancto, ut vivat in aeternum. [6]SPIRITUS UBI VULT SPIRAT (Ioh. 3,8), id est quem vult illuminat, sicut *dixit* Apostolus "Qui enim adhaeret Christo, unus Spiritus est" (I Cor. 6,17). [7]VOCEM EIUS AUDIS (Ioh. 3,8) ostendit illuminationem auris cordis, unde *propheta ait* "Audiam quid loquatur in me Dominus Deus" (Ps. 84,9). [8]QUOD SCIMUS, LOQUIMUR, QUOD VIDIMUS TESTAMUR (Ioh. 3,11). [9]Quid dicit SCIMUS? Ostendit per modos locutionis, sive tota Trinitas, vel Christus cum apostolis aut prophetis. [10]TESTAMUR, id est testimonium damus. [11]TESTIMONIUM NOSTRUM NON ACCIPITIS (Ioh. 3,11), id est praedicationem nostram non *creditis*. [12]Christus *de caelo descendit* assumendo carnem. [13]NEMO ASCENDIT AD

15. FUNICULIS] RESTICULIS R ~ eiciuntur] existunt Mn : exeunt τ Sk σ : deiciuntur $\delta^1$
16. IESUS *om.* Vt ~ SE IPSUM] SEMETIPSUM Wn ~ IPSUM *om.* Vt

(Ioh. 3) 1. Nicodemus ... legis (segm. 2)] Nichodemus venit nocte, nox littera legis Vt ~ venit nocte *transp.* Gr  2. inlustraretur] inlustraret Sa : illuminaretur Eg ~ *post* Dei *add.* [*appendix* O7] O  3. *post* VENISTI *add.* MAGISTER β τ δ ~ qui ... fidem] qui per fidem Christum receperunt Vt ~ receperunt] acceperunt δ  4. et sanguine *om.* Vt ~ mundo] mundum Sa  5. Iterum *om.* Vt ~ *post* ineffabiliter *add.* ex aqua et τ δ ~ ex] et Me σ : *om.* Mn τ ~ Spiritu] Spirito S  6. sicut dixit] ut Vt ~ dixit] dicit Vt ~ enim *om.* Vt ~ est Spiritus *transp.* Vt  7. EIUS] MEAM R ~ stendit] ostendunt S Sa R : *om.* Vt ~ auris] aures α (∉ Me Mn τ Vt δ : aurium Pa) ~ loquatur] loquitur Vt ~ in me *om.* τ ~ Dominus] Domine R τ  8. LOQUIMUR] LOQUIMUS Vt : LOQUITUR P ~ TESTAMUR] TESTAMUS Vt  9. Quid dicit] Quod dicimus α ~ Ostendit ... Trinitas] Ostendit Trinitatem per modum locutionis Vt ~ Ostendit] id est τ ~ modos] modo Sa : modus Mn Sk H : modis Wn M ~ locutionis] locutiones Mn ~ Christus] Christi S ~ cum *om.* En ~ apostolis] apostolo M ~ aut] et R ~ prophetis] prophetas α (∉ Me R δ : propheta ρ)  10. TESTAMUR] TESTATUR β τ ~ testimonium] testamentum τ  11. TESTIMONIUM] TESTIMONII S Sa Sk H M τ ~ NOSTRUM] NOMEN S Sa Sk H M : NOMINE τ : *om.* Vt ~ ACCIPITIS] ACCEPITIS S Sa : ACCEPISTIS Me C ~ praedicationem] praedicatio M  12. assumendo] adsumendum M  13. AD] IN τ Vt Pa $\delta^1$

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

[PL 579] [15]FLAGELLUM DE FUNICULIS (Ioh. 2,15), id est vindicta pro variis peccatis, unde eiciuntur de Ecclesia. [16]IESUS NON CREDEBAT *SEMETIPSUM* ILLIS (Ioh. 2,24), id est pro parte carnis.

(Ioh. 3) [1]Nicodemus nocte venit ad Iesum; [2]per noctem ostendit litteram Legis sive ignorantiam cordis, ut inlustraretur a lumine scientiae Dei. [3]SCIMUS QUIA A DEO VENISTI (Ioh. 3,2) ostendit eos qui receperunt Christum per fidem. [4]Caro nascitur ex carne et sanguine, ut vivat *temporaliter* in mundo. [5]Iterum renascitur anima ineffabiliter ex **aqua et** Spiritu sancto, ut vivat in aeternum. [6]SPIRITUS UBI VULT SPIRAT (Ioh. 3,8) id est quem vult inluminat, sicut *ait* Apostolus "Qui enim adhaeret Christo, unus Spiritus est" (I Cor. 6,17). [7]VOCEM EIUS AUDIS (Ioh. 3,8) ostendit illuminationem auris cordis, unde *ait propheta* "Audiam quid loquatur in me Dominus Deus" (Ps. 84,9). [8]QUOD SCIMUS LOQUIMUR, QUOD VIDIMUS TESTAMUR (Ioh. 3,11). [9]Quid dicit SCIMUS? Ostendit per modos locutionis, sive tota Trinitas, vel Christus cum apostolis aut prophetis. [10]TESTAMUR id est testimonium damus. [11]TESTIMONIUM NOSTRUM NON ACCIPITIS (Ioh. 3,11), **hic totum pro parte ponitur**, id est praedicationem nostram non *credidistis*. [12]Christus *descendit de caelo* adsumendo carnem. [13]NEMO ASCENDIT AD

15. FLAGELLUM] FLAGELLA Ma ~ id est] item Ma ~ eiciuntur] eicientur Ma
16. id est] item Ma

(Ioh. 3) 2. per noctem] pro nocte Ma ~ litteram] littere Ma ~ ignorantiam] ignorantia Ma ~ a] ad Ma 4. sanguine] sanguinem Ma ~ ut] et Ma 5. Spiritu sancto] Spiritus sancti Ma 6. id est] item Ma ~ adhaeret] aderit Ma ~ Christo] Christum Ma 7. illuminationem] inluminatione Ma ~ loquatur] loquitur Ma 9. modos locutionis] modo locationis Ma 10. id est] item Ma 11. id est] item Ma

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

CAELUM (Ioh. 3,13), nisi Christus cum corpore, id est Ecclesia. [14]SICUT *EXALTATUS EST SERPENS* IN DESERTO (Ioh. 3,14), et Christus exaltatus est in ligno crucis. [15]Sicut illi percussi a serpentibus, item per visum serpentis aerei *liberabantur*; [16]ita et homo percussus a diabolo qui credit passionem et resurrectionem Christi liberabitur. [17]VENIT IN TERRAM IUDAEAM (Ioh. 3,22), in terram confessionis. [18]IN AENNON (Ioh. 3,23), id est nomen loci ubi immolaverunt filios et filias suas daemoniis, unde accepit nomen Gehenna. [19]IUXTA SALIM (Ioh. 3,23), *quae* interpretatur pacis, quam vocaverunt Gebus, unde acceperunt nomen Gebusei. [20]NONDUM ENIM ERAT IOHANNES IN CARCERE (Ioh. 3,24) ostendit quia nondum **erat** consummatio Legis litterae. [21]ILLUM OPORTET CRESCERE, ME AUTEM MINUI (Ioh. 3,30), id est qui putabatur esse propheta, inventus est Christus, et qui putabatur esse Christus inventus est propheta. [22]QUOD VIDIT ET AUDIVIT (Ioh. 3,32): secundum divinitatem; [23]HOC TESTATUR (Ioh. 3,32): secundum humanitatem. [24]TESTIMONIUM EIUS NEMO *ACCEPIT* (Ioh. 3,32): hic totum pro parte ponitur. SIGNAVIT (Ioh. 3,33), id est *credite* QUIA DEUS VERAX EST (Ioh. 3,32).

~ CAELUM] CAELOS Gr ~ *post* Christus *add.* ad Patrem δ ~ cum] in S ~ id est] quod est δ ~ *ante* Ecclesia *add.* in Pa ~ *post* Ecclesia *add.* sicut ait Apostolus "Qui adheret Deo unius spiritus est" δ 14. SICUT … crucis *om.* Vt ~ Christus] spiritus M ~ ligno] libano α (∉ Me τ K C δ : libanum M) 15. Sicut … liberabitur (segm. 16) *om.* Vt ~ illi *om.* $δ^1$ ~ item] ita R K : *om.* $δ^1$ ~ serpentis] serpens R ~ liberabantur] liberabuntur α (∉ Pa δ : libabuntur S : liberabitur M) 16. ita et] sic K ~ a *om.* S Sa M ~ credit] reddit M ~ et resurrectionem *om.* $α^1$ ~ Christi *om.* Eg 17. IUDAEAM] IUDAM Me K Mu : IUDEM M ~ *post* IUDAEAM *add.* id est β τ δ 18. AENNON] eum M ~ *post* filios *add.* suos Vt Pa O ~ suas *om.* Vt ~ unde accepit] unaccepit M 19. SALIM] salem τ Pa δ : SILLAM H ~ *ante* pacis *add.* visio Pa Mu ~ pacis] pascis M ~ vocaverunt] vocabant Vt ~ Gebus *om.* Sk ~ acceperunt nomen] dicuntur Vt 20. ENIM *om.* Vt ~ *post* IOHANNES *add.* MISSUS δ ~ ostendit quia *om.* Vt ~ Legis consummatio litterae *transp.* Eg ~ litterae Legis *transp.* Mu 21. *post* CRESCERE *add.* id est quia ex concubitu non est puer natus sed de Spiritu sancto Gr : *post add.* quia non ex concubitu conceptus est sed de Spiritu sancto $δ^1$ ~ ME AUTEM MINUI *om.* Mu ~ *post* id est *add.* quia ex concubitu conceptus sum δ ~ putabatur esse propheta] putabant prophetam Vt 22. VIDIT … AUDIVIT] VIDI … AUDIVI α (∉ τ K δ) ~ divinitatem] carnem O 23. TESTATUR] TESTIFICATUR ω (∉ Vt Mu) ~ HOC … humanitatem² *om.* M ~ humanitatem] divinitatem α (∉ δ) 24. TESTIMONIUM] TESTIMONII M ~ NEMO] NON O ~ hic] hoc O ~ SIGNAVIT *om.* α ~ id est] item α (∉ in te M) ~ QUIA] QUOD τ ~ DEUS] CHRISTUS S

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

CAELUM (Ioh. 3,13), nisi Christus **ad Patrem** cum corpore quod est Ecclesia, [13a]**sicut ait Apostolus "Qui enim adhaeret Domino unus spiritus est"** (I Cor. 6,17). [14]SICUT *SERPENS EXALTATUS EST* IN DESERTO (Ioh. 3,14), et Christus exaltatus est in ligno crucis. [15]Sicut illi percussi a serpentibus, item per visum serpentis aerei *liberantur*; [16]ita et homo percussus a diabolo qui credit passionem et resurrectionem Christi liberabitur. [16a]**In hoc DILEXIT DEUS MUNDUM** (Ioh. 3,16)**, ut salvasset mundum.** [17]VENIT IN TERRAM IUDAEAM (Ioh. 3,22), id est in terram confessionis. [18]IN AENNON (Ioh. 3,23), id est nomen loci ubi immolaverunt filios **suos** et filias suas daemoniis, unde accepit nomen Gehenna. [19]**Item** IUXTA SALIM (Ioh. 3,23), *quod* interpretatur pacis, quam **ante** vocaverunt Gebus, unde acceperunt nomen Gebusei. [20]NONDUM ENIM ERAT IOHANNES IN CARCERE (Ioh. 3,24) ostendit quia nondum consummatio Legis litterae. [21]ILLUM OPORTET CRESCERE (Ioh. 3,30), **id est quia non ex concubitu puer natus est sed de Spiritu sancto natus est**. ME AUTEM MINUI (Ioh. 3,30), **quia ex concubitu conceptus sum**, qui putabatur esse propheta inventus est Christus, et qui putabatur esse Christus inventus est propheta. [22]QUOD VIDIT ET AUDIVIT (Ioh. 3,32), **id est quod audivit** secundum divinitatem; [23]HOC TESTATUR (Ioh. 3,32): secundum humanitatem. [24]TESTIMONIUM EIUS NEMO *ACCIPIT*: hic totum pro parte ponitur. SIGNAVIT (Ioh. 3,33), id est *credit* QUIA DEUS VERAX EST (Ioh. 3,32).

**13a.** adhaeret Domino] aderit Christum Ma **14.** ligno] lignum Ma **15.** a] ad Ma ~ item] iterum Ma ~ visum] visu Ma **17.** TERRAM$^1$] TERRA Ma ~ IUDAEAM] IUDEA Ma ~ id est] item Ma ~ terram$^2$] terra Ma **18.** id est] item Ma ~ accepit] accipit Ma **19.** acceperunt] acciperunt Ma **21.** OPORTET *in* OPORTIT *corr. s.l.* Ma ~ id est] item Ma ~ concubitu$^1$] concubit Ma ~ concubitu$^2$] concubitori Ma ~ putabatur$^{1-2}$] potabatur Ma **22.** id est] item Ma **23.** TESTATUR] TESTIFICATUR ω ~ humanitatem] humilitatem Ma **24.** totum] tota Ma ~ SIGNAVIT] SIGNATUR Ma ~ id est] item Ma

*

(Ioh. 3) **17.** Cfr. Hier., *Comm. Ez.*, lib. 11, cap. 39, l.2087; id., *Comm. Is.*, lib. 6, cap. 14, par. 20, l.46; id., *Comm. proph. min.*, *In Sophoniam*, cap. 2, l.183 **18.** Cfr. Hier., *In Hierem.*, lib. 6, p. 435, l.10 **19.** IUXTA SALIM, quae interpretatur pacis: cfr. Hier., *Ep.*, ep. 69, vol. 54, par. 6, p. 690, l.16; quam vocaverunt Iebus, unde acceperunt nomen Iebusei: cfr. Aug., *Enarr. In Ps.,* ps. 61, par. 7, l.25/ps. 64, par. 2, l.9; cfr. Hier., *Comm. proph. min.*, *In Sophoniam*, cap. 1, l.543; id., *Tract. LIX in Ps.,* ps. 75, l.6; cfr. Isid., *Etym.*, IX, cap. 2, par. 23; *ibid.*, XV, cap. 1, par. 5

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

(Ioh. 4) [1]OPORTEBAT EUM TRANSIRE PER SAMARIAM (Ioh. 4,4) ostendit sicut praedicavit Iudaeis, praedicavit et gentibus. [2]PRAEDIUM (Ioh. 4,5), id est agrum. FONS (Ioh. 4,6): ad fluendum; PUTEUS (Ioh. 4,11): ad potandum. [3]FATIGATUS IESUS EX ITINERE (Ioh. 4,6) ostendit veniendum per incarnationem. Super PUTEUM, id est super historiam Legis litterae. [4]Per HORAM SEXTAM (Ioh. 4,6) fides Samaritanorum intelligitur, qui erant ferventes. [5]MULIER (Ioh. 4,7), id est synagoga. [6]HAURIRE AQUAM (Ioh. 4,7), discere historiam Legis litterae. [7]Petit Iesus bibere, *id est* petere fidem mulieris. [8]PUTEUS ALTUS (Ioh. 4,11), id est altitudo mysterii Legis. [9]FONS AQUAE SALIENTIS IN VITAM AETERNAM (Ioh. 4,14), id est praedicatio Evangelii ebulliens ex ore apostolorum sive credentium. [10]QUINQUE VIROS (Ioh. 4,18) ostendit quinque libros Moysi. [11]ET HUNC QUEM HABES NON EST TUUS (Ioh. 4,18) ostendit librum Iosue. [PL 580] [12]RELIQUIT HYDRIAM SUAM (Ioh. 4,28), id est pristinam conversationem. [13]ABIIT IN CIVITATEM (Ioh. 4,28) ostendit primitivam Ecclesiam quasi ad gentes, sive ad populum. [14]LEVATE OCULOS VESTROS (Ioh. 4,35), id est oculos fidei. [15]ALBAS MESSES (cfr. Ioh. 4,35), id est corda fidelium. [16]QUI SEMINAVERUNT (cfr. Ioh. 4,36), *id est* prophetas;

(Ioh. 4) 1. SAMARIAM] SAMARIA M K ~ ostendit *om.* Vt ~ praedicavit[1]] praedicet Mn ~ praedicavit[2]] praedicaret α (∉ C δ)   2. *post* agrum *add.* quem dedit Iacob filio suo Ioseph O ~ ad fluendum] a fluendo Vt δ ~ ad potandum] a potando dictus est δ ~ potandum] putandum Mn M   3. FATIGATUS] FATIGATUS EST Sa : FATIGATUM EST M ~ FATIGATUS IESUS] IESUS FATIGATUR Vt : IESUS ERGO FATIGATUS O ~ ostendit] id est M : super fontem Vt ~ veniendum] veniendo Me Vt ~ SUPER PUTEUM, id est *om.* α   4. Per HORAM ... synagoga (segm. 5)] HORA SEXTA fervens fides Samaritanorum, MULIERE sinagoga Vt ~ Per HORAM ... Legis litterae (segm. 6) *om.* S ~ HORAM] CURATA Mn ~ SEXTAM] SEX Mn : VII$^{AM}$ En ~ *post* SEXTAM *add.* ostendit Sk σ ~ intelligitur] intellegit τ Sk σ M C ~ ferventes] fortes Mn : servientes Sa   6. HAURIRE] AURI M : HAURIENS En ~ *post* AQUAM *add.* id est O δ[1] ~ discere] descendere Me   7. petere] petire Mn : peterem Sk : *om.* Vt ~ mulieris] mulierem Mn : *om.* Vt   8. mysterii] ministerii S β τ   9. IN] AD α (∉ Vt δ[1]) ~ AETERNAM *om.* Vt ~ praedicatio] praedicatur Vt : praedicatione Pa ~ *post* Evangelii *add.* vel O ~ ebulliens] ebulliente α (∉ Vt) ~ apostolorum] apostoli α (∉ apostolus τ : apostolis Mn Sk σ M En C K) ~ sive] vel Vt   10. VIROS] VIRI Mu ~ ostendit *om.* Vt ~ libros] libri α (∉ R τ Sk ρ Mu : libris K)   11. HABES] HABET Vt ~ NON EST TUUS ostendit *om.* Vt ~ *post* TUUS *add.* VIR β τ δ   12. SUAM *om.* Vt ~ id est *om.* vt ~ *post* conversationem *add.* suam Pa Mu   13. ABIIT] HABUIT *in* HABIIT *corr.* S : HABUIT M ~ *ante* CIVITATEM *add.* SUAM M ~ primitivam] primam Pa ~ sive] vel Vt   14. VESTROS *om.* Mu ~ fidei oculos *transp.* Mu   15. ALBAS] AD S ~ MESSES] MENSES Vt   16. id est prophetas, QUI METUNT (segm. 17) *om.* H ~ prophetas] prophetae τ Vt Pa

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

(Ioh. 4) [1]OPORTEBAT EUM TRANSIRE PER SAMARIAM (Ioh. 4,4) ostendit sicut praedicavit Iudaeis, praedicavit et gentibus. [2]PRAEDIUM (Ioh. 4,5), id est agrum. FONS (Ioh. 4,6): ad fluendum; PUTEUS (Ioh. 4,11): ad potandum. [3]FATIGATUS IESUS EX ITINERE (Ioh. 4,6) ostendit veniendum **in mundum** per incarnationem. Super PUTEUM, id est super historiam Legis litterae. [4]Per HORAM SEXTAM (Ioh. 4,6) fides Samaritanorum intellegitur, qui erant ferventes. [5]MULIER (Ioh. 4,7), id est synagoga. [6]HAURIRE AQUAM (Ioh. 4,7), id est discere historiam Legis litterae. [7]Petit Iesus bibere *intellegitur* petere fidem **ipsius** mulieris. [8]PUTEUS ALTUS (Ioh. 4,11), id est altitudo mysterii Legis **in historia**. [9]FONS AQUAE SALIENTIS IN VITAM AETERNAM (Ioh. 4,14), id est praedicatio Evangelii ebulliens ex ore apostolorum sive credentium. [10]V VIROS (Ioh. 4,18) ostendit V libros Moysi. [11]ET HUNC QUEM HABES NON EST TUUS (Ioh. 4,18) ostendit quasi librum Iosue. [PL 580] [12]RELIQUIT HYDRIAM SUAM (Ioh. 4,28), id est pristinam conversationem. [13]ABIIT IN CIVITATEM (Ioh. 4,28) ostendit primitivam Ecclesiam quasi ad gentes sive ad populum. [14]LEVATE OCULOS VESTROS (Ioh. 4,35), id est oculi fidei. [15]ALBAS MESSES (cfr. Ioh. 4,35), id est corda fidelium. [16]QUI SEMINAVERUNT (cfr. Ioh. 4,36): *intellege* prophetas;

(Ioh. 4) 1. SAMARIAM] SAMARIA Ma ~ praedicavit] praedicare Ma ~ gentibus] gentes Ma 2. PRAEDIUM] PRECIUM Ma ~ agrum] aurum Ma ~ potandum] potum dandum Ma 3. incarnationem] carnationem Ma ~ id est] item Ma 4. horam sextam] ora sexta Ma ~ fides] fidem Ma ~ erant ferventes] erat ferventis Ma 5. id est] item Ma 6. AQUAM] AQUA Ma ~ id est] item Ma ~ historiam] storia Ma 7. petere] petire Ma 9. AQUAE] AQUA Ma ~ ebulliens] ebullientem Ma 11. QUEM *om.* Ma ~ librum] libri Ma 12. HYDRIAM SUAM] YDRIA SUA Ma 13. CIVITATEM] CIVITATE Ma ~ primitivam Ecclesiam] primitiva Ecclesia Ma ~ gentes *in* gentis *corr. s.l.* Ma ~ ad populum] a populo Ma

*

(Ioh. 4) 5. Cfr. Isid., *Allegoriae*, *Ex Novo Testamento*, par. 235, col. 128, l.9 10. Cfr. Aug., *In Ioh. Ev. tract.*, tract. 15, par. 21, l.2; cfr. Isid., *Allegoriae*, *Ex Novo Testamento*, par. 235, col. 128, l.9 18. Cfr. Hier., *Tract. LIX Ps.*, tract. 95, l.72/77

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

[17]QUI METUNT (cfr. Ioh. 4,36) sunt apostoli. [18]MANSIT APUD EOS DUOS DIES (Ioh. 4,40), id est post duo Testamenta tradita a Iudaeis. [19]ABIIT IN GALILAEAM (Ioh. 4,43), *id est* ad gentes. [20]PROPHETA SINE HONORE IN PATRIA SUA (Ioh. 4,44) ostendit Christum refutatum a Iudaeis, receptum in gentibus. [21]REGULUS (Ioh. 4,46) tenet figuram patriarcharum vel prophetarum. ROGAT PRO FILIO (cfr. Ioh. 4,47), id est synagoga. [22]INCIPIEBAT ENIM MORI (Ioh. 4,47), id est in incredulitate sua populus Iudaeorum. [23]Aliter intellegitur REGULUS ordo apostolorum; rogat pro se quasi Ecclesia ex gentibus. NISI SIGNA ET PRODIGIA VIDERITIS (Ioh. 4,48): praedicabat illis passionem suam et resurrectionem suam. [24]FILIUS TUUS VIVIT (Ioh. 4,50) ostendit reversam fidem patrum in filios per Eliam et Enoch. [25]Per servos nuntiantes intelleguntur fideles qui adnuntiant conversionem synagogae. [26]HORA VII RELIQUIT EUM FEBRIS (Ioh. 4,52) ostendit finem mundi. [27]TOTA DOMUS CREDIDIT (Ioh. 4,53), intelligitur synagoga per praedicationem Eliae et Enoch.

(Ioh. 5) [1]PER PROBATICAM PISCINAM (Ioh. 5,1): Siloe, quod interpretatur missus, intelligitur baptismus. [2]Per ANGELUM (Ioh. 5,4) Christus intelligitur. Per MOTUM AQUAE (Ioh. 5,3) intelligitur commotio populi de infidelitate ad fidem. [3]Per V PORTICUS (Ioh. 5,2) intelliguntur V libri Moysi. [4]IN QUIBUS IACEBAT MULTITUDO LANGUENTIUM (Ioh. 5,3), quia per litteram Legis nullus poterat ad perfectionem venire. [5]ALIUS ME PRAECEDIT (cfr. Ioh. 5,7) ostendit quia gentes praecesserunt Iudaeos ad baptismum. [6]Septimo die requievit: a creando sive operando.

17. sunt *om.* Vt   18. APUD EOS *om.* Vt : autem Sk ~ DUOS DIES APUD EOS *transp.* K ~ EOS] ILLOS Wn ~ post] pro Sk M En P : *om.* C δ ~ Testamenta] Testamento R ~ a *om.* R O δ ~ Iudaeis] Iudeos R σ   20. PROPHETA … Lazarus (Ioh. 5, segm. 9) *deest* α (∉ δ) ~ refutatum] reprobatum δ ~ *post* Iudaeis *add.* et Mu ~ in] a $δ^1$ 21. patriarcharum vel prophetarum] prophetarum vel populorum Mu ~ *ante* synagoga *add.* pro Gr   22. enim] eum Eg ~ in incredulitate sua] credulitate Mu 23. pro se] ipse Mu ~ Ecclesia] Ecclesias Mu ~ VIDERITIS] VIDENTIS Mu ~ praedicabat] praedicebat δ   25. adnuntiant] adnuntiat Mu   26. VII] TERCIA Mu 27. intelligitur] id est Mu

(Ioh. 5) 1. PER PROBATICAM PISCINAM *non leg.* Mu ~ missus] missa Mu ~ intelligitur *om.* Mu   2. MOTUM AQUAE *non leg.* Mu ~ intelligitur *om.* Mu ~ commotio populi intelligitur *transp.* Eg   3. intelliguntur *om.* Mu ~ V libri Moysi intelliguntur *transp.* Eg   4. per] V Mu ~ poterat] potuit Gr   5. quia] quod Mu 6. requievit] requivit Eg ~ creando] creatione Mu

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

[17]QUI METUNT (cfr. Ioh. 4,36) sunt apostoli. [18]MANSIT APUD EOS DUOS DIES (Ioh. 4,40), id est post duo Testamenta tradita a Iudaeis. [19]ABIIT IN GALILAEAM (Ioh. 4,43), *hoc est* ad gentes. [20]PROPHETA SINE HONORE IN PATRIA SUA (Ioh. 4,44) ostendit Christum refutatum a Iudaeis, receptum in gentibus. [21]REGULUS (Ioh. 4,46) tenet figuram patriarcharum vel prophetarum. ROGAT PRO FILIO (cfr. Ioh. 4,47), id est synagoga. [22]INCIPIEBAT ENIM MORI (Ioh. 4,47), id est in incredulitate sua populus Iudaeorum. [23]Aliter intellegitur REGULUS ordo apostolorum; rogat pro se quasi Ecclesia ex gentibus. NISI SIGNA ET PRODIGIA VIDERITIS (Ioh. 4,48): praedicabat illis passionem suam et resurrectionem suam. [24]FILIUS TUUS VIVIT (Ioh. 4,50) ostendit reversam fidem patrum in filios per Eliam et Enoch. [25]Per servos nuntiantes intelleguntur fideles qui adnuntiant conversionem synagogae. [26]HORA SEPTIMA RELIQUIT EUM FEBRIS (Ioh. 4,52) ostendit finem mundi. [27]TOTA DOMUS CREDIDIT (Ioh. 4,53), intellegitur synagoga per praedicationem Eliae et Enoch.

NISI UT OCCIDAT ET PERDAT (Ioh. 10,10), isti sunt ordines sacerdotum qui pro gratia turpi lucri non pro lucro animarum ingrediuntur. [15]EGO VENI UT VITAM HABEATIS (cfr. Ioh. 10,10) id est **ut** doctrinam meam **habeatis**, [16]id est **ut** vitam aeternam **habeatis**. [17]MERCENARIUS (Ioh. 10,12) est qui pro lucro terreno docet. [18]VIDIT LUPUM, FUGIT (Ioh. 10,12), id est diabulum vel *haereticos* **vidit**. [19]ALIAS OVES HABEO QUE NON SUNT EX HOC OVILI (Ioh. 10,16), gentes ostendit. [20]*FIAT* UNUS GREX ET UNUS PASTOR (Ioh. 10,16), id est Ecclesia et Christus; [21]*hoc* lapis angularis inter medium parietem qui fecit utraque unum. [22]POTESTATE HABEO PONENDI ANIMA MEA, ET ITERUM SUMENDI EAM; **HOC PRAECEPTUM ACCEPI A PATRE MEO** (Ioh. 10,18), ostendit pro parte carnis. [22a]**HIEMS** (Ioh. 10,22) **ostendit figuram mentis sive fidei**. [23]PATER QUOD DEDIT MIHI MAIUS EST OMNIBUS (Ioh. 10,29) ostendit Christus vel Spiritus Dei maius est omnibus operibus saeculi. [24]EGO DIXI: DII ESTIS? (Ioh. 10,34) Tribus modis dicitur, [25]id est essentialiter, qui semper est id est Deus; [26]nuncupative, **sicut supra EGO DIXI** DII ESTIS; [27]false deos dicitur daemones sive idola. [28]ABIIT TRANS IORDANEM (Ioh. 10,40) *ostendit* ad gentes. [29]UBI IOHANNES PRIMUM BAPTIZANS, MANSIT IBI (Ioh. 10,40) ostendit Ecclesiam.

(Ioh. 11) [1]LAZARUS (Ioh. 11,1) *figuram tenit Iudaeorum*, **id est** quia Iudaei infirmi erant a fide Christi. [2]MARTHA ET MARIA (Ioh. 11,1) doctrinam

14. ordines] ordinis Ma   15. doctrinam meam] doctrina mea Ma   17. pro] per Ma ~ docet] docit Ma   19. OVILI] OVILE ω   20. UNUS] UNUM Ma ~ PASTOR] PATER Ma   22. HOC] HOC EST Ma ~ ACCEPI] ACCEPIT Ma   22a. Hiems] Hiemp Ma ~ figuram] figura Ma   26. nuncupative] nuncupativus ω   27. deos] deus Ma ~ daemones] demomonis Ma   29. IBI] UBI Ma ~ Ecclesiam] Ecclesia Ma

(Ioh. 11) 1. figuram] figura Ma ~ fide] fidem Ma   2. *post* MARIA *add.* figurant Ma ~ doctrinam] doctrina Ma

*

(Ioh. 10) 18. Cfr. Eucherius, *Formulae*, cap. 4, p. 30, l.477   19. Cfr. Aug., *In Ioh. Ev. tract.*, tract. 47, p. 5, l.7   20-21. Cfr. Aug., *In Ioh. Ev. tract.*, tract. 47, par. 6, l.5   21. Cfr. Aug., *Sermones*, ser. 88, (ed. RB94), p. 85, l.286   24-26. Cfr. Greg., *Hom. in Ez.*, lib. 1, hom. 8, l.48

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

bonorum Iudaeorum ostendit. [3]HAEC INFIRMITAS NON EST AD MORTEM (Ioh. 11,4), **ostendit** quia *qui mortui* sunt hominibus, Deo vivent. [4]MANSIT IBI DUOS DIES (Ioh. 11,6), id est duo Testamenta. [5]EAMUS ITERUM IN IUDAEAM (Ioh. 11,7) ostendit reversam fidem *in* Iudaeos per Eliam et Enoch in finem mundi. [6]DUODECIM HORAE SUNT DIEI (Ioh. 11,9), dies Christus **est**, [7]DUODECIM HORAE, **duodecim** apostoli. [8]SI QUIS AMBULAVERIT IN DIE, NON OFFENDIT (Ioh. 11,9); [9]**IN DIE**, id est in doctrina Christi aut apostolorum; [10]NON OFFENDIT: in peccato. [11]QUIA LUCEM HUIUS MUNDI VIDET (Ioh. 11,9), id est quia Christum per scientiam videt. [12]SI QUIS AMBULAVERIT IN NOCTE, OFFENDIT (Ioh. 11,10), per noctem intelliguntur tenebrae peccatorum sive ignorantia cordis. [13]NON ERAM IBI (Ioh. 11,15) ostendit per praesentiam carnis; [14]sciebat mortuum esse, *id est* quia omnia novit. [15]Tres mortuos *Iesus suscitavit*: *I* in domo archisynagogae, [16]*II* filium viduae in porta civitatis, [17]III Lazarum de monumento. [18]In domo, id est in corde; in porta, id est in ore; in monumento, id est in opere. [19]Per easdem moritur homo, et per easdem resuscitabitur. [20]Quatriduanum fetentem ostendit consuetudinem peccandi quamvis per laborem paenitentiae tamen resuscitabitur. [21]MARTHA UT AUDIVIT QUIA IESUS VENIT OBVIAVIT EI (Ioh. 11,20); [22]hic MARTHA *significat Ecclesiam*, quae obviavit Christo per fidem; [23]MARIA

2. Iudaeorum bonorum *transp.* Mn τ Sk σ δ[1] ~ ostendit] ostendunt Eg 3. AD *om.* M ~ ostendit *om.* O ~ qui mortui] quae mortua O ~ hominibus *om.* S ~ Deo] Dei omnia Ma ~ vivent] vivunt Pa δ[1] 4. id est] di sunt σ 5. ostendit *om.* R ~ fidem reversam *transp.* Mu 6. DUODECIM HORAE[1] … DUODECIM HORAE[2] (segm. 7) *om.* Pa ~ HORAE] ORES R Mn : *om.* τ ~ dies] dicit Mn ~ est Christus *transp.* Mu 7. DUODECIM[1] *om.* Mu ~ apostoli] apostolorum M ~ *post* apostoli *add.* sunt Eg 8. IN DIE NON OFFENDIT *om.* Mu 9. id est] hoc est Eg ~ aut] vel Mu 10. peccato] peccatum Me 11. id est … scientiam videt *om.* σ 12. SI QUIS … OFFENDIT *om.* Eg ~ NOCTE] NOC M ~ OFFENDIT … cordis] id est in tenebris peccatorum seu in ignorantia cordis offendit Mu ~ intelliguntur] intellegitur α (∉ R τ Pa δ) ~ peccatorum tenebrae *transp.* K 13. NON ERAM] ENON ERAT R ~ ERAM] ERAT σ ρ Mu ~ IBI *om.* H ~ per *om.* R 15. archisynagogae] archisynagogi Pa δ 16. filium viduae *om.* Mu ~ porta] portam α 17. Lazarum *om.* Mu 18. In domo … in ore *om.* τ ~ in[6] *om.* R ~ opere … resuscitabitur (segm. 19) *def.* M 19. resuscitabitur … tamen (segm. 20) *om.* R 21. UT] AUTEM α (∉ UT AUTEM Pa δ) ~ QUIA] QUI Pa ~ VENIT] VENIRET R Sk En C K O δ : VENISSET Pa ~ OBVIAVIT EI, hic MARTHA (segm. 22) *om.* O 22. quae] qui ω (∉ quia S : qui R τ Sk σ ρ O δ) ~ Christo] Christum K

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

bonorum Iudaeorum ostendit. [3]HAEC INFIRMITAS NON EST AD MORTEM (Ioh. 11,4) quia *quae mortua* sunt hominibus, Deo **omnis** vivent. [4]MANSIT IBI DUOS DIES (Ioh. 11,6), id est duo Testamenta. [5]EAMUS ITERUM IN IUDEA (Ioh. 11,7) ostendit reversam fidem *ad* Iudaeos per Eliam et Enoch in finem mundi. [6]XII HORAE SUNT DIEI (Ioh. 11,9), dies: Christus, [7]DUODECIM HORAE apostoli **sunt**. [8]SI QUIS AMBULAVERIT IN DIE NON OFFENDIT (Ioh. 11,9), [9]id est **si quis ambulaverit** in doctrina Christi aut apostolorum; [10]NON OFFENDIT: in peccato. [11]QUIA LUCEM HUIUS MUNDI VIDET (Ioh. 11,9), id est quia Christum **in conscientia sua** per scientiam suam videt. [12]SI QUIS AMBULAVERIT IN NOCTE OFFENDIT **QUIA LUX NON EST IN EUM** (Ioh. 11,10); per noctem intelleguntur tenebras peccatorum sive ignorantia cordis. [13]NON ERAM IBI (Ioh. 11,15) ostendit per praesentiam carnis; [14]sciebat mortuum esse, *hoc est* quia omnia novit. [15]III mortuos **legimus** *suscitasset Iesus*: *unum* in domo archisynagogae, [16]*alterum* filium viduae in porta civitatis, [17]tertium Lazarum de monumento. [18]In domo, id est in corde; in porta, id est in ore; in monumento, id est in opere. [19]Per easdem moritur homo et per easdem **si conversus fuerit** resuscitabitur. [20]Quadriduanum fetentem ostendit consuetudinem peccandi quamvis per laborem poenitentiae **et conversationem** tamen resuscitabitur. [21]MARTHA UT AUDIVIT QUIA IESUS VENIT OBVIAVIT EI (Ioh. 11,20); [22]hic MARTHA *tenit figuram Ecclesiae*, quae obviavit Christo per fidem; [23]MARIA

~ Iudaeorum] idolorum Ma 3. Deo] Dei Ma 5. reversam fidem] reversa fide Ma ~ Eliam] Elia Ma 7. HORAE] ORA Ma 11. LUCEM] LUCE Ma ~ videt[1-2] vidit Ma ~ conscientia sua] conscientiam suam Ma ~ scientiam suam] scientia sua Ma 12. noctem] nocte Ma ~ intelleguntur] intellegit Ma 15. legimus *con.*] legitimus Ma 16. filium viduae] filio videiae Ma 17. tertium Lazarum] tertio Lazaro Ma 18. monumento] monumentum Ma 20. fetentem] fidentem Ma ~ consuetudinem] consuetudine Ma ~ laborem] labore Ma 21. OBVIAVIT] OVIAVIT Ma 22. figuram] figura Ma ~ quae] qui Ma ~ obviavit] oviavit ω ~ Christo] Christum Ma ~ fidem] fide Ma

*

(Ioh. 11) 4. Cfr. Hier., *Tract. LIX Ps.*, ps. 95, l.72/77 15-17. Cfr. Aug., *In Ioh. Ev. tract.*, tract. 49, par. 3, l.1; id., *Sermones*, ser. 139A, (ed. MiAg1) p. 353, ll.14-17/p. 354 ll.1-4 20-22. Cfr. Arnobius Iunior, *Expositiunculae*, *In Ioh.*, cap. 4, l.51

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

DOMI SEDEBAT (Ioh. 11,20): *contemplationis vitam ostendit.* [24]QUI CREDIT IN ME, ETIAM SI MORTUUS FUERIT, VIVET (Ioh. 11,25), sive corporaliter sive in peccatis per poenitentiam. [25]OMNIS QUI VIVIT ET CREDIT IN ME (Ioh. 11,26), qui hic in bonis operibus vivit in Christo non morietur in aeternum. [26]LACRIMATUS EST IESUS (Ioh. 11,35) ostendit sicut verus Deus et verus homo exemplum compassionis ostendit. [27]LIGATUS MANUS ET PEDES (Ioh. 11,44) ostendit vinculis peccatorum. [28]FACIES ORARIO LIGATA (Ioh. 11,44), *id est* velamen super corda Iudaeorum. [29]SOLVITE EUM (Ioh. 11,44), id est per praedicationem fidei solvite. QUID FACIAMUS QUIA HIC HOMO MULTA SIGNA FACIT? (Ioh. 11,47) Ut subintellegas quia sicut lumen in domo obscura quanto magis accenditur tenebrae magis effugantur, [30]sic contrario Iudaei quanto maiora **signa** *videbant in Christo*, tanto magis obcaecabantur. [31]TOLLENT LOCUM ET GENTEM (Ioh. 11,48); [32]LOCUM Hierosolymam possident Romani; [33]ET GENTES quia dispersi sunt per regiones. [PL 584] [34]PRINCEPS CAIPHAS DIXIT "EXPEDIT UNUM MORI HOMINEM, QUAM TOTA GENS PEREAT" (cfr. Ioh. 11,49-50), quia ministerium Dei habebat prae manibus et *Spiritu* Dei, hoc locutus est: [35]UT FILIOS DEI, QUI DISPERSI ERANT, CONGREGARET IN UNUM (Ioh. 11,52), ostendit *in* toto mundo.

23. DOMI] DOMO S Sa : IN DOMO Mn ~ contemplationis] contemplativam τ ~ ostendit *ante* contemplationis *transp.* K 24. ETIAM SI] ET α (∉ ET SI Me Pa Gr : ETIAM SI $\delta^1$) ~ VIVET] VIVIT ω (∉ ρ τ O δ) ~ sive$^2$] seu $\delta^1$ 25. hic] his Wn ~ morietur] moritur Mu 26. ostendit *om.* Pa ~ *post* compassionis *add.* proximi δ ~ ostendit *om.* S δ 27. LIGATUS] LIGATIS $\alpha^1$ ~ MANUS ET PEDES] MANIBUS ET PEDES R ~ peccatorum vinculis *transp.* $\delta^1$ 28. ORARIO] SUDARIO S R β τ δ ~ LIGATA] LIGATUS α (∉ LIGATAS τ : LIGATA ρ O δ) ~ LIGATA SUDARIO *transp.* Gr 29. solvite$^2$ … contrario (segm. 30) *deest* α (∉ δ) 30. quanto] quantum Mn Sk σ : quanta Mh O ~ maiora] maiore R : magna Mn ~ signa *om.* Sk ~ in Christo *om.* R ρ C K ~ obcaecabantur] excecabat Pa 31. TOLLENT] TULERUNT α (∉ δ) ~ *post* TOLLENT *add.* NOSTRUM Me 32. possident Hierosolymam *transp.* Gr 32. regiones] regionis S Sa 34. PRINCEPS *om.* Mu ~ CAIPHAS] CAUSAS R ~ EXPEDIT] EXPETIT Mn ~ UNUM *om.* En ~ HOMINEM MORI *transp.* $\alpha^1$ ~ Dei] Deo H ~ habebat] habebant Mn ~ prae] per S Me Mn τ Sk σ ~ Spiritu] Spiritum R ~ hoc locutus] oblocutus Mn 35. FILIOS] FILIUS Mn ~ QUI DISPERSI ERANT *om.* Mh ~ DISPERSI] DIVISI R : *om.* Mh ~ ERANT DISPERSI *transp.* $\delta^1$ ~ CONGREGARET] CONGREGARENT α (∉ Sa H Pa O δ) ~ in$^2$] ut H ~ *post* mundo *add.* [*appendix* Mu45 Gr27 Eg43] δ

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

DOMI SEDEBAT (Ioh. 11,20): *per Mariam contemplationem intellege.* [24]QUI CREDIT IN ME, ETIAM SI MORTUUS FUERIT, VIVET (Ioh. 11,25), sive corporaliter sive in peccatis per poenitentiam **vivet.** [25]OMNIS QUI VIVIT ET CREDIT IN ME **NON MORIETUR IN AETERNUM** (Ioh. 11,26)**, id est** qui hic in bonis operibus vivit in Christo non morietur in aeternum. [26]LACRIMATUS EST IESUS (Ioh. 11,35) ostendit sicut verus Deus et verus homo exemplum compassionis **proximi** ostendit. [27]LIGATUS MANUS ET PEDES (Ioh. 11,44) ostendit **alligatus** vinculis peccatorum. [28]FACIES ORARIO LIGATA (Ioh. 11,44) *ostendit* velamen super corda Iudaeorum. [29]SOLVITE EUM (Ioh. 11,44), id est per praedicationem fidei solvite. QUID FACIAMUS QUIA HIC HOMO MULTA SIGNA FACIT? (Ioh. 11,47) Ut subintellegas quia sicut lumen in domo obscura quanto magis accenditur tenebrae magis effugantur, [30]sic contrario Iudaei quanto maiora *in Christo videbant*, tanto magis obcaecabantur. [31]TOLLENT LOCUM ET GENTEM (Ioh. 11,48); [32]LOCUM Hierosolymam possident Romani; [33]ET GENTES quia dispersi sunt per regiones. [PL 584] [34]PRINCEPS CAIPHAS DIXIT "EXPEDIT UNUM HOMINEM MORI QUAM TOTA GENS PEREAT" (cfr. Ioh. 11,49-50), quia ministerium Dei habebat prae manibus et **per** *Spiritum* Dei, hoc locutus est: [35]"UT FILIOS DEI, QUI DISPERSI ERANT, CONGREGARET IN UNUM" (Ioh. 11,52) ostendit *de* toto mundo. [35a]**IN REGIONE IUXTA DESERTUM EPHREM CIVITAS** (Ioh. 11,54) **significat relictis Iudaeis abiit ad gentes.**

23. SEDEBAT] SEDEDAT (*sic*) Ma ~ Mariam] Maria Ma ~ contemplationem] contemplatione Ma 24. ETIAM] ET Ma ~ VIVET] VIVIT ω ~ poenitentiam] penitentia Ma 25. VIVIT$^{1-2}$] VIVET Ma 26. *ante* exemplum *add.* et Ma 28. SUDARIO] ORARIO Ma ~ LIGATA] CONLEGATA Ma ~ accenditur] acciditur Ma 30. obcaecabantur] obcecabatur Ma 32. Hierosolymam] Hierosolyma Ma 34. DIXIT] DICIT Ma ~ PEREAT] PEREANT Ma ~ ministerium] ministerio Ma ~ prae] post Ma 35. FILIOS] FILIUS Ma ~ CONGREGARET] CONGREGARE Ma 35a. DESERTUM] DESERTO Ma ~ relictis Iudaeis] relictos Iudaeos Ma

*

27. Cfr. Aug., *In Ioh. Ev. tract.*, tract. 48, par. 3, l.13; cfr. Ambr., *De Ioseph*, cap. 11, par. 64

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

(Ioh. 12) [1]Martha ministrabat (Ioh. 12,2) ostendit activam vitam. [2]Lazarus discumbens cum Iesu (Ioh. 12,2) significat Ecclesiam. [3]Maria accepit libram unguenti (Ioh. 12,3). Unam, id est una fides. Nardi (Ioh. 12,3) genus est. Unguenti pistici (Ioh. 12,3): vasculum quod intelligitur corda fidelium. [4]Per unguentum odor confessionis intellegitur. [5]Maria (Ioh. 12,3) *Ecclesiam significat*. [6]Unxit pedes Iesu (Ioh. 12,3), id est per confessionem poenitentiae. [7]Domus repleta ex odore unguenti (Ioh. 12,3), ita et totus mundus repletus **est** de passione et resurrectione Christi. [8]Ut audivit turba *quod* Iesus venisset (Ioh. 12,12), acceperunt ramos palmarum, exierunt obviam Iesus (Ioh. 12,13), [9]*ostendit* quia in secundo adventu post resurrectionem rapiuntur in aera cum Domino. [10]Invenit asinum (Ioh. 12,14); per asinum populum *gentium ostendit*. [11]Sedit super eum (Ioh. 12,14), id est per confessionem fidei. [12]Noli timere (Ioh. 12,15): de perditione tua, quia Salvator tuus venit (cfr. Ioh. 12,15). [13]Filia Sion (Ioh. 12,15) ostendit congregationem fidelium ex Iudaeis et gentibus. [14]Totus mundus post eum abiit (Ioh. 12,19), quia per passionem et resurrectionem suam *totum mundum de peccato redemit*, et secutus est eum. [15]Accesserunt ad Philippum, rogabant ut viderent Iesum (Ioh. 12,21) ostendit gentes per praedicationem apostolorum conversas ad fidem.

(Ioh. 12) 3. Unam … Unguenti$^2$ *om.* $\beta^2$ ($\notin$ O) ~ Unam … vasculum] ita et totus mundus R 4. unguentum] unguenti Eg ~ unguentum odor] odorem ungenti Mu ~ odor] odorem α ($\notin$ Pa) 5. *post* Maria *add.* iterum Gr Eg ~ significat Ecclesiam *transp.* K Mu 6. *post* poenitentiae *add.* [*appendix* Mu46 Gr28 Eg44] δ 8. *ante* Ut *add.* In crastinum δ ~ venisset] veniret Mu ~ acceperunt] exceperunt Mn ~ exierunt obviam Iesus] et exierunt ei obviam Mu 9. ostendit quia in secundo adventu *om.* Me ~ in$^1$] tres α ($\notin$ δ : *om.* En) ~ secundo adventu] secundum adventum α ($\notin$ δ) ~ post resurrectionem *om.* Mu ~ rapiuntur] rapientur Mu 10. per asinum] id est Mu ~ populum] populus α ($\notin$ σ Pa Mu) ~ gentium] gentilium R ~ ostendit *ante* populus *transp.* K : *om.* Mu : ostenditur Gr 11. id est *om.* Mu 12. de *om.* $\alpha^1$ ~ perditione tua] perditionem tuam Sa $\alpha^1$ 13. Filia] filiae R C En K 14. quia] qui Mh Sk H 15. *post* rogabant *add.* eum δ ~ conversas] conversus Mn τ Sk H : conversos Wn Gr

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

(Ioh. 12) [1]MARTHA MINISTRABAT (Ioh. 12,2) ostendit activam vitam. [2]LAZARUS DISCUMBENS CUM IESU (Ioh. 12,2) significat Ecclesiam **ex gentibus**. [3]MARIA ACCEPIT LIBRAM UNGUENTI (Ioh. 12,3). UNAM, id est una fides. NARDI (Ioh. 12,3) genus est. UNGUENTI PISTICI (Ioh. 12,3): vasculum quod intellegitur corda fidelium. [4]Per UNGUENTUM odor confessionis intellegitur. [5]MARIA (Ioh. 12,3) **iterum** *designat Ecclesiam*. [6]UNXIT PEDES IESU (Ioh. 12,3), id est per confessionem poenitentiae. [6a]**Sicut antea ornaverat capillos, oculos et obsculat ad deceptionem hominum, item per fidem tota conversa est ad poenitentiam.** [7]DOMUS REPLETA EX ODORE UNGUENTI (Ioh. 12,3), ita et totus mundus repletus de passione et resurrectione Christi. [8]**IN CRASTINUM** UT AUDIVIT TURBA *QUIA* IESUS VENISSET (Ioh. 12,12), ACCEPERUNT RAMOS PALMARUM, EXIERUNT OBVIAM IESUS (Ioh. 12,13), [9]*figurat* quia in secundo adventu **cum sanctis** post resurrectionem rapiuntur in aera cum Domino. [10]INVENIT ASINUM (Ioh. 12,14); per ASINUM *intellege* populum *gentilium*. [11]SEDIT SUPER EUM (Ioh. 12,14), id est per confessionem fidei. [12]NOLI TIMERE (Ioh. 12,15): de perditione tua, QUIA SALVATOR TUUS VENIT (Ioh. 12,15). [13]FILIA SION (Ioh. 12,15) ostendit congregationem fidelium ex Iudaeis et gentibus. [14]TOTUS MUNDUS POST EUM ABIIT (Ioh. 12,19) **significat** quia per passionem et resurrectionem suam *redemit totum mundum de peccato*, et secutus est eum. [15]ACCESSERUNT AD PHILIPPUM, ROGABANT UT VIDERENT IESUM (Ioh. 12,21) ostendit gentes per praedicationem apostolorum conversas ad fidem.

(Ioh. 12) 1. activam vitam] activa vita Ma 2. DISCUMBENS] DECUMBENS *in* RECUMBENS *corr.* Ma ~ Ecclesiam] Ecclesiae Ma 3. LIBRAM] LIBRA Ma ~ UNAM] UNA Ma ~ genus] generis Ma ~ quod] que Ma 5. odor] odorem Ma 5. Ecclesiam] Ecclesia Ma 6. confessionem] confessione Ma 7. passione et resurrectione] passionem et resurrectionem Ma 8. OBVIAM IESUS] OVIAM IESU Ma 9. adventu] advento Ma 11. per] pro Ma 12. perditione tua] perditionem tuam Ma 13. et] ex Ma 14. secutus est] secuti sunt Ma 15. per *om.* Ma

*

(Ioh. 12) 1. Cfr. Greg., *Moralia*, lib. 6, par. 37, l.199; id., *Registrum Epistolarum*, lib. 7, ep. 22, l.10 4. Cfr. Hier., *Comm. Proph. min.*, *In Osee*, *prol.*, l.61 7. Cfr. Chrom., *Sermones*, ser. 11, l.54 10. Cfr. Hier., *Comm. Is.*, SL73 lib. 1, cap. 1, par. 3, l.34; cfr. Caesarius, *Sermones*, ser. 119, cap. 4, l.1; cfr. Isid., *Quaest. in Vet. Test.*, *In Deut.*, cap. 6, par. 1, col. 361, l.39

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

[16]GRANUM TRITICI (Ioh. 12,24) *figuram Christi tenet.* [17]SI MORTUUM FUERIT (Ioh. 12,25), multa grana affert, *sic* et Christus per mortem suam multiplicavit Ecclesiam **suam.** [18]CLARIFICAVI, ET ITERUM CLARIFICABO (Ioh. 12,28), id est *clarificavi* illum in resurrectione Lazari, iterum **clarificabo** illum in **sua** resurrectione. [19]PRINCEPS MUNDI MITTITUR FORAS (Ioh. 12,31), *id est* diabulo eiecto de potestate mundi per passionem crucis. [20]AMBULATE DUM LUCEM HABETIS (Ioh. 12,35), id est dum Christum corporaliter et spiritaliter vobiscum habetis. [21]NE TENEBRAE VOS COMPREHENDANT (Ioh. 12,35), id est tenebrae ignorantiae et *persecutiones* **peccatorum.** [22]ABSCONDIT SE AB EIS (Ioh. 12,36), id est corporaliter, sive spiritaliter. [23]DOMINE, QUIS CREDIDIT AUDITUI NOSTRO? (Ioh. 12,38) QUIS pro raritate ponitur, sive pro difficultate; [24]auditus fides est, *quam per Spiritum sanctum* audivimus. [25]BRACHIUM DOMINI (Ioh. 12,38), Filius Dei est; [26]CUI REVELATUM EST (Ioh. 12,38), id est aliqua *pars* ex Iudaeis revelatum est gentibus, [27]**id est** QUI CREDIT IN ME (Ioh. 12,44): non solum secundum humanitatem sed secundum divinitatem; [28]aliter non solum in me sed et in Patre, quia "Ego in Patre, et Pater in me est" (Ioh. 14,10-11). [29]QUI VIDET ME, VIDET QUI ME MISIT (Ioh. 12,45), ac si aperte dixisset [30]"Qui vidit me *verum hominem* esse, et credit me verum Deum esse, *videt* **et** Patrem secundum divinitatem". [31]NON VENI UT IUDICEM, SED UT SALVIFICEM MUNDUM (Ioh. 12,47)

17. affert] adferet S Sa Me Mn H : fert Mu ~ per] post S Sa C ~ per mortem] per tem (*ut vid.*) R ~ multiplicavit] mortificavit Me 18. CLARIFICAVI[1]] CLARIFICA S Sa Mn : CLARIFICABAT τ : CLARIFICAVIT σ ~ clarificavi[2]] clarifica α (∉ O δ) ~ clarificabo[2]] clarifica α (∉ O δ) ~ resurrectione sua *transp.* Gr Eg ~ sua resurrectione] resurrectione illius Mu 19. *ante* PRINCEPS *add.* his Mn ~ MITTITUR] DIMITTETUR Mu : EICITUR Gr : DIMITTITUR Eg ~ eiecto] eiectio H ~ *post* crucis *add.* Christi sive K 20. LUCEM] LUMEN α (∉ $\alpha^{1}$) ~ habetis vobiscum *transp.* τ 21. *a* NE TENEBRAE *des.* Sa ~ tenebrae[2]] tenebras S Me R Mn Sk H En C K : *om.* Mu ~ persecutiones] persecutionis Mn τ Sk σ Pa Eg 22. sive] et Mu 23. CREDIDIT] CREDIT α (∉ R σ En Gr Eg : CREDET τ) ~ pro raritate] pluraritate S ~ raritate] caritate Me Mn τ σ En C : largitate Mu ~ ponitur] ponit Mn 24. sanctum Spiritum *transp.* τ ~ audivimus] audimus S 26. CUI] QUI R ~ EST[1] *om.* Me ~ pars ex Iudaeis] ex Iudaeis pars Pa ~ est[3] *om.* R ~ *post* gentibus *add.* [*appendix* Mu47 Gr29 Eg45] δ 27. id est *om.* δ ~ secundum[1] *om.* S 28. quia Ego in Patre *om.* Pa 29. *post* VIDET[2] *add.* EUM τ Sk σ δ ~ MISIT ME *transp.* Mu ~ aperte *om.* Mu 30. me vidit *transp.* S ~ verum[1-2]] verbum τ 31. SALVIFICEM] SALVIVIFICEM M ~ MUNDUM[1] *post* IUDICEM *transp.* K

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

[16]GRANUM TRITICI (Ioh. 12,24) *tenet figuram Christi*. [17]SI MORTUUM FUERIT (Ioh. 12,25), multa grana affert, *ita* et Christus per mortem suam multiplicavit Ecclesiam. [18]CLARIFICAVI ET ITERUM CLARIFICABO (Ioh. 12,28), id est *clarificavit* illum in resurrectione Lazari, iterum illum in resurrectione. [19]PRINCEPS MUNDI MITTITUR FORAS (Ioh. 12,31) *ostendit* diabulo eiecto de potestate mundi per passionem crucis. [20]AMBULATE DUM LUCEM HABETIS (Ioh. 12,35), id est dum Christum corporaliter et spiritaliter vobiscum habetis. [21]NE TENEBRAE VOS COMPREHENDANT (Ioh. 12,35), id est tenebrae ignorantiae et **tenebrae peccatorum et tenebrae** *persecutionis*. [22]ABSCONDIT SE AB EIS (Ioh. 12,36) id est corporaliter sive spiritaliter. [23]DOMINE QUIS CREDIDIT AUDITUI NOSTRO? (Ioh. 12,38) **Hic** QUIS pro raritate ponitur, sive pro difficultate; [24]auditus fides est, *quia* per *Spiritum sanctum* audivimus **a te**. [25]BRACHIUM DOMINI (Ioh. 12,38) Filius Dei est; [26]CUI REVELATUM EST (Ioh. 12,38), id est aliqua *particula* ex Iudaeis revelatum est gentibus. [26a]**HAEC DIXIT ESAIAS, QUANDO VIDIT MAIESTATEM DOMINI** (Ioh. 12,41): **"Vidi in Spiritum sedente Domino super solium"** (cfr. Is. 6,1). **ET LOCUTUS EST DE EO** (Ioh. 12,41) **interim, id est superius**. [27]QUI CREDIT IN ME (Ioh. 12,44): non solum secundum humanitatem sed secundum divinitatem; [28]aliter **QUI CREDIT IN ME**: non solum in me sed et in Patre, quia "Ego in Patre, et Pater in me est" (Ioh. 14,10-11). [29]QUI VIDET ME, VIDET **EUM** QUI ME MISIT (Ioh. 12,45), ac si aperte dixisset [30]"Qui vidit me *hominem verum* esse, et credit me verum Deum esse, *vidit* Patrem meum secundum divinitatem". [31]NON VENIT UT IUDICEM, SED UT SALVIFICEM MUNDUM (Ioh.

16. tenet] tenit Ma ~ *post* Christi *add.* granum tritici Ma 17. affert] adferit Ma 18. CLARIFICAVI] CLARIFICAVIT Ma ~ CLARIFICABO] CLARIFICAVIT Ma ~ resurrectione[1-2] resurrectionem Ma ~ Lazari] Lazare Ma 19. eiect] electo Ma 20. id est] item Ma 22. spiritaliter] sanctaliter Ma 23. CREDIDIT] CREDIVIT Ma ~ NOSTRO] NOSTRUM Ma ~ raritate] caritate Ma 24. per *om.* Ma 26. aliqua particula] aliquae particulae Ma 26a. Vidi] Vidit Ma ~ LOCUTUS] LOCUS Ma 29. VIDET[1-2]] VIDIT Ma ~ ac] hac Ma 30. Patrem meum] Patre meo Ma

*

16. Cfr. Aug., *Enarr. In Ps.*, ps. 73, par. 13, l.19; cfr. Ambr., *Expos. Luc.*, lib. 7, ll.1987/2008/2061; id., *Expl. Ps.*, ps. 43, cap. 39, par. 2 18. Cfr. Aug., *Enarr. In Ps.*, ps. 1, par. 3, l.15; id., *In Ioh. Ev. tract*, tract. 64, par. 1, l.15 23. Cfr. *Anonymi Glosa Psalmorum*, vol. 1, p. 411, l.1/vol. 2, p. 38, l.2 25. Cfr. Aug., *In Ioh. Ev. tract.*, tract. 53, par. 2, l.5

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

ostendit quod per effusionem sanguinis *redimeret* mundum in primo adventu, in secundo adventu iudicaturus sum mundum.

(Ioh. 13) [1]*DILEXI VOS, QUIA ERAM IN MUNDO*, USQUE IN FINEM DILEXIT (Ioh. 13,1): exemplum dedit ut omnes in dilectione caritatis permaneant usque in finem. [PL 585] [2]CAENA FACTA (Ioh. 13,2) ostendit passionem Christi; [3]sicut post caenam *prandium non fit*, sic et Christus postquam semel passus est *non ostendit se iterum passurum*; [4]SURGENS A CAENA (cfr. Ioh. 13,4) ostendit *passionem nostram, resurrectionem*, sive ascensionem. [5]PONIT VESTIMENTA SUA (Ioh. 13,4) ostendit quia deponenda erant vestimenta eius ad crucem. [6]ACCIPIENS LINTEUM PRAECINXIT SE (Ioh. 13,4). [7]*LINTEO*, *id est* mortificatio ipsius. [8]MITTIT AQUAM IN PELVIM (Ioh. 13,5) ostendit gratiam baptismi. [9]COEPIT LAVARE PEDES DISCIPULORUM ET EXTERGERE LINTEO (Ioh. 13,5). [10]Per lavationem pedum baptismum apostolorum intelligitur. [11]Per extersionem lintei ostendit per passionem Christi extersionem peccatorum. [12]NON LAVABIS MIHI PEDES

~ quod *om.* S τ Wn ~ *post* quod *add.* qui δ[1] ~ effusionem sanguinis] effusionis sanguinem Me ~ sanguinis] sanguinem S ~ redimeret] venit redimere δ ~ in primo adventu *om.* α (∉ δ) ~ mundum[1] … iudicaturus sum *om.* R ρ C K ~ secundo adventu] secundum adventum α (∉ τ O : secunda adventu M) ~ *post* adventu[2] *add.* veniet Gr : *add.* adveniet δ[1] ~ iudicaturus] iudicatur M ~ sum *om.* δ

(Ioh. 13) 1. DILEXI] DILEXIT Pa : CUM DILEXISSET δ ~ VOS] EOS Pa : SUOS δ ~ ERAM] ERANT Pa δ ~ MUNDO] MUNDUM R ~ *post* DILEXIT *add.* EOS Gr Eg : *add.* EIS Mu ~ dilectione caritatis] Dei veritate α (∉ δ) ~ permaneant] permanent Me 2. *post* Christi *add.* quia Mu 3. et *om.* τ σ ~ non ostendit *om.* Pa ~ non ostendit se iterum passurum] non iterum se passurum ostendit Gr ~ passurum *in* passus *corr.* En 4. SURGENS] SCIENS Mn ~ ostendit] id est M ~ *post* ostendit *add.* post δ ~ passionem] passio M ~ nostram] suam δ ~ *post* nostram *add.* et τ K ~ sive] seu Mu 5. ostendit *om.* Mu ~ vestimenta eius *om.* Mu 6. *ante* ACCIPIENS *add.* capitulum CXV S : *add.* Incipit capitulatio R Mn τ β (∉ O) ~ *post* LINTEUM *add.* ET τ β 7. LINTEO] LINTEUM σ O : Per LINTEUM δ ~ id est] intellegitur δ ~ mortificatio] mortificationem Gr Eg ~ mortificatio ipsius] mor eius Mu 8. MITTIT] MISIT Mn Wn O ~ IN PELVIM *om.* Mu ~ PELVIM] PELVEM α ~ ostendit] id est Mu 9. DISCIPULORUM PEDES *transp.* Gr ~ EXTERGERE] STERGERE Mn 10. lavationem] lavationum Me Mh Sk ~ *post* pedum *add.* id est Mu ~ apostolorum] discipulorum δ[1] ~ *post* apostolorum *add.* internorum O ~ intellegitur] intellegi Mn 11. extersionem[1]] extensionem Me ~ lintei ostendit per *om.* Mu ~ per[2] *om.* S Wn K Pa ~ passionem] passio Mu ~ *post* Christi *add.* et Mn M En Mu ~ extersionem[2]] extersio Mu

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

12,47) ostendit quod per effusionem sanguinis *venit redimere* mundum **in primo adventu**, in secundo adventu **venio et** iudicaturus sum mundum.

(Ioh. 13) [1]*Diligens suos qui erant in mundo*, USQUE IN FINEM DILEXIT (Ioh. 13,1), **id est** exemplum dedit ut omnes in dilectione caritatis permaneant usque in finem. [PL 585] [2]CAENA FACTA (Ioh. 13,2) ostendit passionem Christi; [3]sicut post caena *non subsequitur prandium*, sic et Christus postquam semel passus est *non iterum se ostendit* **esse** *passurus*. [4]SURGIT A CAENA (Ioh. 13,4) ostendit *passionem et resurrectionem* sive ascensionem. [5]PONIT VESTIMENTA SUA (Ioh. 13,4) ostendit quia deponenda erant vestimenta eius ad crucem **et expoliatum esse ad Iudaeis**. [6]ACCIPIENS LINTEUM PRAECINXIT SE (Ioh. 13,4). [7]*Per* LINTEUM *intellege* mortificationem ipsius. [8]MITTIT AQUAM IN PELVIM (Ioh. 13,5) ostendit gratiam baptismi. [9]COEPIT LAVARE PEDES DISCIPULORUM ET EXTERGERE LINTEO **QUO ERAT PRAECINCTUS** (Ioh. 13,5). [10]Per lavationem pedum baptismum apostolorum intellegitur. [11]Per extersionem lintei ostendit per passionem Christi extersionem peccatorum. [12]NON LAVABIS MIHI PEDES

31. effusionem] effusione Ma ~ primo adventu] primum adventum Ma ~ secundo adventu] secundum adventum Ma

(Ioh. 13) 1. mundo] mundum Ma ~ dilectione] dilectionem Ma 3. *post* iterum *add.* non Ma 4. SURGIT] SURGE Ma 8. AQUAM] AQUA Ma ~ PELVIM] BELVE Ma ~ gratiam] gratia Ma 9. LINTEUM] LINTEO Ma ~ QUO] QUOD Ma 11. extersionem] extersione Ma

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

IN AETERNUM (Ioh. 13,8), pavore perterritus dicebat hoc. [13]SI NON LAVERO TE, NON HABEBIS MECUM PARTEM (Ioh. 13,8) *ostendit* qui non est lavatus per baptismum et confessionem poenitentiae non habebit partem apud Deum. [14]ACCEPIT VESTIMENTA SUA (Ioh. 13,12), iterum *ostendit quod* revertitur ad Iudaeos in finem mundi. [15]NON EST SERVUS MAIOR DOMINO SUO, NEQUE APOSTOLUS MAIOR EO QUI MISIT ILLUM (Ioh. 13,16), [16]*id est* "*Si* ego patior, et vos patimini"; [17]*aliter* "*Si ego* me humilio usque ad vestigia vestra, ita et vos *humiliate vos* in omnibus". [18]LEVABIT CONTRA ME CALCANEUM (Ioh. 13,18), *id est* sicut calcaneum extrema pars membri est, sic et Dominus **noster** in extrema aetate mundi passus est, sive post consummationem scripturarum Christus passus est. [19]ET POST BUCCELLAM INTROIVIT IN *EUM* SATANAS (Ioh. 13,27), [20]*id est* sicut apostolus ait "Qui indigne accipit corpus Domini et sanguinem eius iudicium manducat et bibit" (I Cor. 11,29). [21]PRAECEPTUM NOVUM DO VOBIS id est UT DILIGATIS INVICEM (Ioh. 13,34); [22]in Vetere *dicitur* "Diligis amicum et odio habebis inimicum"; [23]Dominus dicit "Diligite inimicos vestros", hoc est praeceptum novum.

(Ioh. 14) [1]NON TURBETUR COR VESTRUM (Ioh. 14,1): hic *praedicat* apostolis de passione sua. [2]CREDITIS IN DEUM ET IN ME CREDITE (Ioh. 14,1), quia *Filius Dei* sum credite. [3]IN DOMO PATRIS (Ioh. 14,2), id est

12. IN AETERNUM *om.* Mu ~ perterritus] perterritum M ~ dicebat hoc] hoc dixit Mu 13. PARTEM MECUM *transp.* R σ Pa C K O δ ~ lavatus *in* lotus *corr. a.m.* H ~ lavatus] lotus Mu ~ *ante* confessionem *add.* per R ~ habebit] habebis S : habes τ σ ~ *post* habebit *add.* et Mu ~ apud Deum] apud Dominum R : cum Deo δ 14. ostendit *om.* Mu ~ revertitur] revertetur R ρ C K O δ 15. EST *om.* Sk ~ APOSTOLUS] APOSTOLI S ~ EO MAIOR *transp.* R M ~ ILLUM] ILLOS S 16. patimini] patiemini τ 17. humilio me *transp.* Mu ~ humilio] humilior M ~ ita *om.* S Mu ~ ita *post* vos$^1$ *transp.* τ ~ vos$^2$ *om.* τ K ~ in *om.* ω (∉ δ$^1$) ~ omnibus] hominibus τ 18. LEVABIT] LEVAVIT ω (∉ R Sk ρ K O δ) ~ extrema] extra me Mn ~ membri est *transp.* τ ~ sive … passus est$^2$ *om.* α (∉ δ) ~ Christus *om.* δ ~ passus est$^2$ *om.* Mu 19. BUCCELLAM] BUCCELLUM O ~ INTROIVIT] PANIS INTRAVIT M 20. indigne] indigno Mn ~ accipit] accepit S Mn Sk σ M Mh ~ eius *om.* δ$^1$ ~ *post* iudicium *add.* sibi Me K δ 21. id est *om.* R α$^1$ ~ DILIGATIS] INTELLEGATIS R ~ INVICEM] IN INVICEM M 22. Vetere] Veterem R : Veteri Mu ~ Diligis] Diliges σ M O Pa δ ~ *post* amicum *add.* tuum C δ ~ *post* inimicum *add.* tuum C δ 23. novum praeceptum *transp.* Mu ~ novum] meum C Pa

(Ioh. 14) 1. TURBETUR] CONTURBETUR R ~ apostolis] apostolos C En K O ~ sua] dicit Pa 2. CREDITIS] CREDITE ω (∉ δ) 3. *post* PATRIS *add.* MEI R β τ δ

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

IN AETERNUM (Ioh. 13,8), pavore perterritus dicebat hoc. [13]SI NON LAVERO TE, NON HABEBIS MECUM PARTEM **IN AETERNUM** (Ioh. 13,8) *intellegitur* qui non est lavatus per baptismum et confessionem poenitentiae non habebit partem cum Deo. [14]ACCEPIT VESTIMENTA SUA (Ioh. 13,12), iterum *quod significat* reveritur ad Iudaeos in finem mundi. [15]NON EST SERVUS MAIOR DOMINO SUO, NEQUE APOSTOLUS MAIOR EO QUI MISIT ILLUM (Ioh. 13,16) [16]*ostendit* **quia** *"Sicut* ego patior, et vos patimini"; [17]*alio senso "Sicut me* humilio **vobis** usque ad vestigia vestra, ita et *vos humiliate* in omnibus". [18]LEVABIT CONTRA ME CALCANEUM (Ioh. 13,18), *ostendit* sicut calcaneum extrema pars membri est, sic et Dominus in extrema aetate mundi passus est, sive post consummationem scripturarum Christus passus est. [19]ET POST BUCELLA INTROIVIT IN *EO* SATANAS (Ioh. 13,27) [20]*ostendit* sicut apostolus ait "Qui indigne accipit corpus Domini et sanguinem eius iudicium manducat et bibit" (I Cor. 11,29). [20a]CLARIFICATUS EST IESUS (Ioh. 13,31): **hic praeterito pro futuro posuit.** [21]PRAECEPTUM NOVUM DO VOBIS id est UT DILIGATIS INVICEM (Ioh. 13,34), [22]in vetere *dictum est* "Diligis amicum **tuum** et odio habebis inimicum **tuum**"; [23]Dominus dicit "Diligite inimicos vestros", hoc est praeceptum novum.

(Ioh. 14) [1]NON TURBETUR COR VESTRUM (Ioh. 14,1): hic *praedicabat* apostolis de passione sua. [2]CREDITIS IN DEUM ET IN ME CREDITE (Ioh. 14,1), quia *Dei filius* sum credite. [3]IN DOMO PATRIS (Ioh. 14,2), id est

13. LAVERO] LAVAVERO Ma ~ intellegitur] intellegit Ma ~ habebit] habet Ma 14. Iudaeos] Iudaeis Ma 15. EO] EUM Ma 17. in *om.* ω 18. LEVABIT] LEVAVIT ω ~ pars] pras (*sic*) Ma ~ in *om.* Ma 20. accipit] accepit Ma ~ bibit] bibet Ma 22. odio] hodium Ma

(Ioh. 14) 1. passione sua] passionem suam Ma 2. CREDITIS] CREDITE ω ~ CREDITE] CREDIT Ma

*

(Ioh. 13) 18. Cfr. Ambr., *Expl. Ps.*, ps. 48, cap. 10, par. 2, p. 367, l.1

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

in Ecclesia. [4]MANSIONES MULTAE SUNT (Ioh. 14,2), id est sicut in uno homine sensus divisi sunt, [5]sic in Ecclesia, quod est corpus Christi, gratiae multae sunt. [6]VADO PARARE VOBIS LOCUM (Ioh. 14,2), id est parabo vobis vitam aeternam, sicut ait apostolus "Advocatum habemus apud Patrem, qui interpellat pro nobis" (I Ioh. 2,1). [7]EGO SUM VIA ET VERITAS ET VITA (Ioh. 14,6). Via sine errore Christus est, veritas sine *falsitate*, vita sine morte ipse est. [8]AMODO NOSTIS EUM ET VIDISTIS EUM (Ioh. 14,7), id est quem viderunt oculis corporis et cognoverunt oculis cordis secundum divinitatem per illustrationem Spiritus sancti. [9]MAIORA HORUM FACIET (Ioh. 14,12), **id est** quia Christus per fimbriam mulierem sanavit, [10]apostoli vero *per umbram* infirmos curabant. [11]ROGABO PATREM MEUM, ET ALIUM PARACLITUM DABIT VOBIS (Ioh. 14,16): per **bis** Spiritum acceptum *dilectio* Dei et proximi *intelligitur*. [12]SPIRITUM VERITATIS QUEM MUNDUS *ACCIPERE NON POTEST* (Ioh. 14,17), *id est* qui mundum diligit non accepit illum. [13]NON RELINQUAM VOS ORPHANOS (Ioh. 14,18), id est non relinquam vos secundum divinitatem. [14]IN ILLA DIE COGNOSCETIS (Ioh. 14,20), id est in futuro, sive in resurrectione Christi. [PL 586] [15]EGO IN PATRE (Ioh. 14,20), *id est* secundum divinitatem. [16]VOS IN ME (Ioh. 14,20), *quia* membra mea estis. [17]ET EGO IN VOBIS (Ioh. 14,20), id est in dilectione cordis vestri. [18]MANIFESTABO EI MEIPSUM (Ioh. 14,21), id est credentes in divinitatem. [19]MANSIONEM APUD EUM FACIEMUS (Ioh. 14,23), sicut ipse ait "Ubi duo vel tres congregati

4. SUNT *om.* Mu ~ sicut] sic M ~ homine] hominem M ~ divisi sunt sensus *transp.* $\delta^1$ ~ divisi sunt] divisus est R β τ $\delta^1$ 5. quod est corpus Christi *om.* Mu 6. parabo] parare Mn M Pa ~ parabo vobis *om.* $\delta^1$ 6. ait *om.* R ~ Advocatum habemus] exibentibus habetis Mn ~ habemus] habetis $\alpha^1$ (∉ R $\beta^1$) τ 7. VIA$^1$ … VITA$^1$] VITA … VIA α (∉ τ Wn K O δ) ~ ipse est *om.* Mu 8. EUM$^1$] ENIM Mu ~ viderunt] vidistis Mu ~ cognoverunt] novistis Mu ~ sancti Spiritus *transp.* $\delta^1$ 9. FACIET] FACIT ω (∉ Me $\delta^1$ : FACIAS Mn : FACIETIS O) ~ *post* fimbriam *add.* vestimenti $\delta^1$ 10. vero *om.* $\delta^1$ ~ curabant] curabam Mn ~ *post* curabant *add.* Explicit Passio $\alpha^1$ (∉ σ δ : *sp. rel.* Pa) 11. per bis] pro verbiis Mn ~ per bis spiritum] per spiritum sanctum bis Mu ~ *post* Spiritum *add.* sanctum C En ~ acceptum Spiritum *transp.* Gr ~ intelligitur] intellectum Mn 12. SPIRITUM] SPIRITUS En ~ qui mundum] quia mundo non M ~ diligit mundum *transp.* Gr ~ accepit] accipit Mn ρ O δ ~ illum] eum Mu 13. vos$^2$ *om.* Eg ~ secundum] sed M ~ *post* divinitatem *add.* do vobis M 14. ILLA] ILLO H Pa 15. EGO … vestri (segm. 17) *om.* M ~ id est *om.* $\delta^1$ 17. ET EGO *om.* τ ~ IN VOBIS id est *om.* Mu 18. MANIFESTABO] MANIFESTO Eg ~ in divinitate credentes *transp.* M 19. MANSIONEM] MANSIONES M ~ FACIEMUS] FACIMUS Sk Wn En C K Eg

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

in Ecclesia. [4]MANSIONES MULTAE SUNT (Ioh. 14,2), id est sicut in uno homine sensus divisi sunt, [5]sic **et** in Ecclesia, quod est corpus Christi, gratiae multae sunt. [6]VADO PARARE VOBIS LOCUM (Ioh. 14,2), id est parabo vobis vitam eternam, sicut ait apostolus "Advocatum habemus apud Patrem, qui interpellat pro nobis" (I Ioh. 2,1). [7]EGO SUM VIA ET VERITAS ET VITA (Ioh. 14,6). Via sine errore Christus est, veritas sine *fallacia* **et** vita sine morte ipse est **Christus**. [8]AMODO NOSTIS EUM ET VIDISTIS EUM (Ioh. 14,7), id est quem viderunt oculis corporis et cognoverunt oculis cordis secundum divinitatem per illustrationem Spiritus sancti. **QUI VIDIT ME VIDIT ET PATREM MEUM** (Ioh. 14,9); **quia ego et Pater unum sumus, dum dicit unum confunditur Arrius**. [9]MAIORA HORUM FACIET (Ioh. 14,12); **quomodo maiora horum?** Quia Christus per fimbriam mulierem sanavit, [10]apostoli vero *umbra* infirmos curabant. [11]ROGABO PATREM MEUM ET ALIUM PARACLITUM DABIT VOBIS (Ioh. 14,16): per Spiritum acceptum *dilectionem* Dei et proximi *intellege*. [12]SPIRITUS VERITATIS QUEM MUNDUS *NON POTEST ACCIPERE* (Ioh. 14,17) *ostendit* qui mundum diligit non accepit illum. [13]NON RELINQUAM VOS ORPHANOS (Ioh. 14,18), id est non relinquam vos secundum divinitatem. [14]IN ILLA DIE COGNOSCETIS (Ioh. 14,20), id est in futuro cognoscetis, sive in resurrectione Christi. [PL 586] [15]EGO IN PATRE (Ioh. 14,20) *ostendit* secundum divinitatem. [16]VOS IN ME (Ioh. 14,20) **ostendit** *qui* membra mea estis. [17]ET EGO IN VOBIS (Ioh. 14,20), id est in dilectione cordis vestri. [18]MANIFESTABO EI MEIPSUM (Ioh. 14,21), id est credentes in divinitatem. [19]MANSIONEM APUD EUM FACIEMUS (Ioh. 14,23) **ostendit** sicut ipse ait "Ubi duo vel III congregati

4. uno] unum Ma  6. habemus] habent Ma  7. Via sine] Vias ne Ma  8. AMODO] MODO Ma  9. FACIET] FACIT ω ~ fimbriam mulierem sanavit] fimbria muliere sanabit Ma  10. vero] viro Ma ~ infirmos] infirmus Ma ~ curabant] curabatur Ma  12. QUEM] QUE Ma  13. ORPHANOS] ORFANUS Ma  14. in[2]] III Ma ~ cognoscetis[2]] cognoscitis Ma ~ resurrectione] resurrectionem Ma  15. PATRE] FRATRE Ma  18. EI] IN Ma ~ credentes] credentis Ma ~ *ante* divinitatem *add.* se Ma

*

(Ioh. 14) 9. Cfr. Aug., *Sermones*, ser. 245, (ed. PL38) col. 1152, l.47; *ibid.*, ser. 63B, (ed. MiAg1) p. 612, l.20  10. Cfr. Ambr., *De officiis*, lib. 3, cap. 1, par. 3; cfr. Chrom., *Sermones*, ser. 31, ll.82/90  16. Cfr. Aug., *Contra Faustum*, lib. 22, par. 22, p. 614, l.6

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

fuerint in nomine meo, ibi sum et ego in medio eorum". [20]PACEM MEAM DO VOBIS (Ioh. 14,27), *id est* sicut ego patienter suffero omnia, et vos *patientiam habebitis*. [21]PACEM RELINQUO VOBIS (Ioh. 14,27), id est sicut ego passus sum, ita et vos patimini. [22]NON SICUT MUNDUS DAT PACEM EGO DO VOBIS (Ioh. 14,27): mundus interruptam pacem dat, Deus aeternam dat. [23]VENIT PRINCEPS MUNDI AD ME ET *NIHIL IN ME* INVENIT (cfr. Ioh. 14,30), *id est* venit diabolus ad crucem et in Domino non invenit peccatum; [24]quaesivit capere, captus est ab eo. [25]SICUT PRAECEPIT MIHI PATER, SIC FACIO (cfr. Ioh. 14,31): misit illum Pater ut sanguinem suum funderet pro genere humano, et ita fecit.

(Ioh. 15) [1]EGO SUM VITIS VERA (Ioh. 15,1), unde profluit sanguis et aqua. [2]ET PATER MEUS AGRICOLA (Ioh. 15,1), id est cultor Ecclesiae. [3]*VOS* PALMITES (Ioh. 15,5), *id est apostoli* sive *fideles* Ecclesiae; [4]sicut palmes non potest a se fructum ferre nisi manserit in vite, sic et unusquisque non fert fructum *nisi manserit in Christo*. [5]IN HOC CLARIFICATUS EST PATER MEUS, UT FRUCTUM PLURIMUM AFFERATIS (Ioh. 15,8), id est sicut ego per praedicationem et passionem fructificavi, ita et vos facite. [6]SICUT DILEXIT ME PATER, ET EGO DILEXI VOS (Ioh. 15,9), id est sicut misit me Pater praedicare, et pati, et ego mitto vos. [7]MAIOREM CARITA-

~ et ego *om.* Mu ~ in medio eorum] et reliqua R M ρ C : *om.* K 20. sicut] si Pa ~ ego *om.* C ~ patienter] pacior δ[1] ~ suffero] subfirmavero Mn : *om.* δ[1] ~ habebitis] habetis R τ Pa : habeatis δ 21. *post* PACEM *add.* MEAM S R τ O Pa ~ ita *om.* Eg ~ patimini] patiemini Mn R τ σ Pa 22. PACEM *om.* δ[1] ~ VOBIS *om.* En ~ interruptam] inter relictam Mn ~ dat pacem *transp.* δ[1] ~ dat aeternam *transp.* Eg ~ *post* dat *add.* PATER MAIOR ME EST ostendit pro parte carnis δ 23. MUNDI *om.* M ~ *post* AD ME *add.* id est diabolus ad crucem et Mu ~ NIHIL IN ME INVENIT] IN ME NON INVENIT NICHIL *et add.* id est diabolus venit ad crucem Eg ~ INVENIT IN ME *transp.* M Mu ~ diabolus venit *transp.* R τ β (∉ Sk σ M C) δ ~ diabolus … non invenit *om.* Mu 24. *post* capere *add.* et Mu ~ ab eo *om.* Mu 25. funderet] fuderet et Mn

(Ioh. 15) 1. profluit] perfluit R τ β (∉ K) 2. PATER MEUS AGRICOLA *om.* M ~ cultor] pastor Mn 3. VOS PALMITES … Ecclesiae *om.* Pa ~ PALMITES] PALMITIS Mn 4. palmes] palmis S Wn O : palmam τ ~ ferre] facere Sk Wn M En ~ non fert fructum] non potest fructum facere Gr Eg : *om.* Mu ~ fert] potest H : adfert M 5. *post* HOC *add.* ERGO τ Sk σ O δ ~ PLURIMUM] PRIMUM R ~ sicut per praedicationem ego *transp.* R β τ δ ~ sicut … passionem] sicut ego per crucem et praedicationem Mu ~ per *om.* R ~ facite *om.* Mu 6. ET EGO … Pater[2] *om.* Wn ~ sicut[2] *om.* M ~ me misit *transp.* Mu ~ Pater *om.* Mu ~ mitto *om.* Mu

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

fuerint in nomine meo, ibi sum et ego in medio eorum". [20]PACEM MEAM DO VOBIS (Ioh. 14,27) *ostendit* sicut ego patienter suffero omnia, **ita** et vos *in patientia* **vestra possidebitis animas vestras**. [21]PACEM **MEAM** RELINQUO VOBIS (Ioh. 14,27), id est sicut ego passus sum et vos **post me** patimini. [22]NON SICUT MUNDUS DAT EGO DO VOBIS (Ioh. 14,27): mundus interruptam pacem dat, Deus aeternam dat. [22a]**PATER MAIOR ME EST** (Ioh. 14,28) **ostendit pro parte carnis**. [23]VENIT PRINCEPS **HUIUS** MUNDI AD ME ET *IN ME NIHIL* INVENIT (cfr. Ioh. 14,30) *ostendit* venit diabolus ad crucem et in Domino non invenit **ullum** peccatum; [24]quaesivit capere, captus est ab eo. [25]SICUT PRAECEPIT MIHI PATER, SIC FACIO (cfr. Ioh. 14,31) **ostendit** misit illum Pater ut sanguinem suum funderet pro genere humano, et ita fecit.

(Ioh. 15) [1]EGO SUM VITIS VERA (Ioh. 15,1), unde profluit sanguis et aqua. [2]ET PATER MEUS AGRICULA (Ioh. 15,1), id est cultor Ecclesiae. [3]*Per* PALMITES (Ioh. 15,5) *intellegitur apostulus* sive *fidelis* Ecclesiae; [4]sicut palmes non potest a se fructum ferre nisi manserit in vite, sic et unusquisque *nisi manserit in Christo* non fert fructum. [5]IN HOC CLARIFICATUS EST PATER MEUS (Ioh. 15,8) **quasi aperte dixisset "In me clarificatus est"**, UT FRUCTUM PLURIMUM ADFERATIS (Ioh. 15,8), id est sicut ego per praedicationem et passionem fructificavi, ita et vos **similiter** facite. [6]SICUT DILEXIT ME PATER ET EGO DILEXI VOS (Ioh. 15,9), id est sicut misit me Pater praedicare, et pati, et ego mitto vos. [7]MAIOREM CARITA-

20. PACEM MEAM] PACE MEA Ma 21. PACEM MEAM] PACE MEA Ma 22. interruptam] interruptat Ma 23. crucem] cruce Ma 25. funderet] fundere Ma

(Ioh. 15) 1. VITES *in* VITIS *corr. s.l.* Ma 2. cultor] cultura Ma 3. PALMITES] PALMITE Ma 4. fert] ferret Ma 6. *post* Pater$^2$ *add.* ut Ma 7. MAIOREM CARITATEM] MAIORE CARITATE Ma

*

(Ioh. 15) 3. Cfr. Eucherius, *Formulae*, cap. 3, p. 17, l.292

Downloaded from Mirabile. Digital Archives for Medieval Culture - 17/12/2025, 04:07:49

TEM NEMO HABET (Ioh. 15,13), *et reliqua*: "Dilectio fortior est morte" (cfr. Cant. 8,6); [8]ego pro dilectione patior pro vobis, et vos patimini pro Ecclesia. [9]OMNIA QUAE AUDIVI A PATRE MEO NOTA FECI VOBIS (Ioh. 15,15), id est *praecepta Evangelii*. [10]ELEGI VOS DE MUNDO (Ioh. 15,19), id est de mundanis actibus. [11]NON ESTIS DE MUNDO (Ioh. 15,19), id est quia non diligitis mundum, [12]ut ait Salomon "Talis est mulier adultera, quae cum *comederit*, tergit os suum, dicit 'Non sum operata malum'" (Prov. 30,20); [13]*figurat* Ecclesiam ex gentibus, quae per confessionem abstersit se de immunditia peccatorum. [14]AB INITIO MECUM ESTIS (Ioh. 15,27), id est ab initio praedicationis.

